Vir grauis ⁊ philosophus tertulius edilis futurus clamabat in auribus ciuitatis inter cetera sui magistratus officia: sibi floram matrem ludorum celebritate placãdam. Qui ludi tanto deuotius: q̃̃to turpius celebrari solent. Dicit in alio loco iam consul in extremis periculis ciuitatis ⁊ ludos per decem dies factos: neqꝫ rem vllam que ad placãdos deos pertineret pretermissa: qua si nõ satius erat tales deos irritare temperantia: q̃̃ placare luxuria: ⁊ eos honestate etiam ad inimicitias prouocare: q̃̃ tanta difformitate lenire. Neqꝫ eniꝫ grauius fuerant qualibet crudelissima immanitate nocituri homines propter quos placabantur: q̃̃ nocebant ipsi cum vitiositate fedissima placarentur: quando quidem vt auerteret̃ qđ metuebatur ab hoste ĩ corporibus eo modo dij conciliabantur: quo virtus debellaretur in mẽtibus: qui non opponerentur defensores oppugnatoribus menium: nisi prius fierẽt expugnatores morum bonorum. Hanc talium numinũ placationem petulantissimam: impurissimam: impudẽtissimam: nequissimam: immundissimã cuius auctores laudando romane virtutis indoles honore priuauit: tribu amouit: agnouit turpes: fecit infames. Hanc inq̃̃ pudẽdam vereqꝫ religioni auersandam ⁊ detestandam talium numinum placationem: has fabulas in deos illecebrosas atqꝫ criminosas: hec ignominiosa deorum facta scelerate turpiterqꝫ conficta vel sceleratius turpiusqꝫ commissa oculis ⁊ auribus publicis ciuitas tota discebat: hec commissa numinibus placere cernebat: ⁊ ideo non solum illis exhibenda: sed sibi quoqꝫ imitanda credebat. Non illud nescio quid velit bonum vel honestum: quod tam paucis et tam occulte dicebatur: si tamen dicebatur vt magis ne innotesceret q̃̃ ne non fieret timeretur.

¶ De xp̃iane religionis salubritate. Ca. xxviij.

Ab istarum immundissimarum potestatum tartareo iugo et societate penali erui per christi nomen homines in lucẽ saluberrime pietatis ab illa perniciosissime impietatis nocte transferri queruntur: et murmurant iniqui et ingrati: et illo nefario spiritu altius obstructiusqꝫ oppressi: quia populi confluũt ad ecclesias casta celebritate: honesta vtriusqꝫ sexus discretione: vbi audiant q̃̃ bene hic ad tempus viuere debeant: vt post hãc vitam beate semperqꝫ viuere mereantur: Ubi sancta scriptura iustitieque doctrina de superiore loco in conspectu omnium personante: ⁊ qui faciũt audiant ad ꝑmiũ: ⁊ qui nõ faciũt audiant ad iudicium. Quo etsi veniunt quidam talium preceptorum irrisiores: omnis eorum petulantia aut repentina immutatione deponitur: aut timore vel pudore comprimitur. Nihil enim eis turpe ac flagitiosum spectandũ imitandumqꝫ proponitur: vbi veri dei aut precepta insinuantur: aut miracula narrantur: aut dona laudantur: aut beneficia postulantur.

¶ De abiiciendo cultu deorꝫ cohortatio ad romanos. Capitulum. xxix.

Hec potiꝰ concupisce: o idoles romane laudabilis: o ꝓgenies regulorum: sceuolarū: scipionū: fabritiorum: hec potius cōcupisce: hec ab illa turpissima vanitate ⁊ fallacissima demonū malignitate discerne. Siqd in te laudabile naturaliter eminet: nō nisi vera pietate purgatᷣ atq; ꝑficitᷣ: impietate autē dispgitᷣ ⁊ punitᷣ. Nūc iā elige qd sequaris: vt nō in te sꝫ in deo vero sine vllo errore lauderis. Tūc enim tibi glīa popularis affuit: sed occulto iudicio diuine prouidētie: ⁊ vera religio quā eligeres defuit. Expgiscere: dies est: sicut experrecta es in quibusdā de quorum virtute ꝑfecta ⁊ ꝓ fide vera passiōibus gloriantur: q vsquequaq; aduersus potestates inimicissimas confligētes: easq; fortiter moriēdo vincentes: sanguine nobis hanc patriā peperere suo. Ad hāc p̄riam te inuitamꝰ ⁊ exhortamur: vt eius adiiciaris numero ciuiū: cuius quodāmō asylū est vera remissio peccatorū. Non audeas degeneres tuos xp̄o xp̄ianisue detrahētes: ⁊ accusātes velut tpa mala: cum querāt tpa quibus nō sit quieta vita sed potius secura neqtia. Hec tibi nūq; nec ꝓ terrena patria placuerūt. Nunc iā celestē arripe: pro qua minimū laborabis: ⁊ in ea veraciter semꝑq; regnabis. Illic eni tibi nō vestalis focus: nō lapis capitolinus: sꝫ deꝰ vnꝰ ⁊ verꝰ: qui nec metas rerum nec tpa ponet: impiū sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesq; regrere: abiice potius atq; cōtēne in verā emicās libertatē. Nō sunt dii: maligni sūt spūs: qbus eterna tua felicitas pena ē. Nō tā iuno troianis a quibus carnalē originem ducis ⁊ arces videtᷣ inuidisse romanas: q̄ isti demones: quos adhuc deos putas oī generi hominū sedes inuidēt sempiṫnas. Et tu ipsa nō parua ex parte de talibꝰ spiritibus iudicasti: qñ ludis eos placasti: ⁊ ꝑ quos hoīes eosdē ludos fecisti: infames esse voluisti. Patere asseri libertatē tuā aduersus imūdos spūs: q tuis ceruicibus iposuerāt sacrādam sibi ⁊ celebrandā ignominiā suā. Auctores criminū diuinorū remouisti ab honoribus tuis: supplica deo vero vt a te remoueat illos deos: q delectantᷣ criminibꝰ suis: siue veris qđ ignominiosissimū ē: siue falsis qđ maliciosissimū est. Bene q tua spōte histrionibꝰ ⁊ scenicis societatē ciuitatis patere noluisti: euigila pleniꝰ nullo modo his artibus placatur diuina maiestas: qbus humana dignitas inquinatᷣ. Quo igitᷣ pacto deos qui talibus delectantur obsequiis haberi putas in numero sanctarum celestiū potestatū: cū hoīes per quos eadem agūtur obsequia nō putasti habēdos in numero qualiūcūq; ciuiū romanorum? Incompabiliter supna est ciuitas clarior: vbi victoria: veritas: vbi dignitas: scitas: vbi pax: felicitas: vbi vita: eternitas. Multo minꝰ habet in sua societate tales deos: si tu in tua tales hoīes hr̄e erubuisti. Proinde si ad btā pueuenire desideras ciuitatē: deuita demonum societatē. Indigne ab honestis coluntᷣ: qui ꝑ turpes placantᷣ. Sic isti a tua societate remoueantᷣ purgatiōe xp̄iana: quomō illi a tua dignitate remoti sūt notatiōe cēsoria. De bonis autē carnalibus: quibus solis mali perfrui volunt: ⁊ de malis carnalibꝰ q̄ sola ppeti nolūt: q neq; in his habeāt quā putātur hr̄e isti demones potestatē. Quāq; si haberent: deberemꝰ potius ista contēnere: q̄ ꝓpter ista illos colere: ⁊ eos colēdo ad ea que nobis inuidēt pueuenire non posse: tñ nec in istis eos hoc valere quod hi putant: qui propter eos hoc coli oportere contendunt: deinceps videbimus: vt hic sit huius voluminis modus.

¶ Aurelii augustini de ciuitate dei liber tertiꝰ.

¶ De aduersitatibus quas soli mali metuunt: ⁊ quas semper passus est mundus: cum deos coleret. Capitulum primum.

Iam satis dictum esse arbitror de morum malis ⁊ aiorum que precipue cauēda sūt: nihil deos falsos populo cultori suo: quo minꝰ eorum malorum aggere p̄meretur: subuenire curasse: sed potius vt maxime premeretur egisse. Nūc de illis malis video dicēdum: que sola isti ppeti nolūt: qualia sunt: fames: morbꝰ: bellū: expoliatio: captiuitas: trucidatio: ⁊ siqua similia iam in primo libro cōmemorauimus. Hec eni sola mali deputant mala que nō faciūt malos: nec erubescūt iter bona que laudāt ipsi mali esse q laudant: magisq; stomachātur si illa mala habeāt: q̄ si malā vitam: quasi hoc sit hominis maximū bonū habere bona omnia p̄ter seipm: sꝫ neq; talia mala que isti sola formidant: dii eorum quādo ab eis libere colebātur: ne illis acciderent obstiterūt. Cū enim variis ꝑ diuersa loca tpibus ante aduētum redēptoris nr̄i innumerabilibꝰ nōnullisq; etiam icredibilibus cladibus genus cōtereretᷣ humanū: quos alios q̄ istos deos mun

dus colebat excepto vno populo hebreo ꝛ qui
busdā extra ipm ppl'm: vbicūqꝫ gratia diuina di/
gni occl'tissimo atqꝫ iustissimo di iudicio fuerīt?
Verꝫ ne nimiū longū faciā tacebo aliaruꝫ vsqꝫ/
quaqꝫ gentiū mala grauissima: qđ ad romā pti/
net: romanūqꝫ impiū tm̄ eloquar: id est ad ipaꝫ
ꝓprie ciuitatē: ꝛ quecūqꝫ illi terraꝝ: vel socie/
tate coniuncte vel cōditione subiecte sunt: que
sint perpesse ante aduentum christi: cum iaꝫ ad
eius quasi corpus reipublice pertinerent.

An dij qui ꝛ a troiāis ꝛ a grecis silr colebant̄
cās habuerit: qbus iliū pateret̄ excidē. Cap. ij.

PRimū ipsa troia vel iliū vnde origo est
populi romani: neqꝫ enī pretereūdum
aut dissimulādū est quod ꝛ i p̄mo libro
attigi: eosdē habens deos ꝛ colēs: cur a grecis
victū captū atqꝫ deletū ē? Priamo inquiūt sūt
reddita laomedōtea paterna piuria. Ergo verꝫ
est ꝙ apollo atqꝫ neptunꝰ eidē laomedōti mer/
cenarijs operibꝰ seruierūt. Illis quippe ꝓmisis/
se mercedē falsūqꝫ iurasse ꝓhibet̄. Miror apol
linem nominatū diuinatorē in tanto opificio la
borasse nescientē: ꝙ laomedon fuerat ꝓmissa
negaturꝰ. Quanqꝫ nec ipsum neptunū patruū
eius frēm iouis regē maris decuit ignarū esse
futuroꝝ. Nam hūc homerus de stirpe enee de
posteris cuiꝰ roma est: cū ante illā vrbē cōd. taꝫ
idē poeta fuisse dicat̄: inducit magnuꝫ aliquid
diuinātē: quē etiā nubes rapuit: vt dicit: ne ab
achille occideret̄: cuperetqꝫ cōuertere ab imo:
quod apud virgiliū ꝯfitet̄. Structa suis mani/
bꝰ piure menia troie. Nesciētes igitur tāti dij
ꝛ neptunꝰ ꝛ apollo laomedontē sibi negaturuꝫ
esse mercedē: structores meniū troianoruꝫ gra
tis ꝛ ingratis fuerunt. Videant ne grauiꝰ sit ta
les deos credere: ꝙ̄ dijs talibꝰ peierare. Hoc
eniꝫ nec ipse homerꝰ facile credit: qui neptunū
quidem cōtra troianos: apollinē autē pro troia
nis pugnātē facit: cū illo periurio ambos fabu
la narret offensos. Si igit̄ fabulis credūt: eru/
bescant talia colere numina. Si fabulis nō cre
dūt: non obtendāt troiana periuria: aut miren/
tur đos periuria punisse troiana: amasse roma/
na. Unde enim cōiuratio catiline in tanta tāqꝫ
corrupta ciuitate habuit etiam eoꝝ grandē co/
piam: quos manꝰ atqꝫ ligua periurio aut sāgui
ne ciuili alebat? Quid enī aliud totiens senato
res corrupti in iudicijs: totiēs ppl's in suffragijs
vel in qbusqꝫ causis: que apud eū concionibus
agebant̄: nisi etiam peierādo peccabant? Naꝫ
corruptissimis moribꝰ ad hoc mos iurādi serua
batur antiquꝰ: non vt a sceleribꝰ metu religio/
nis prohiberent̄: sed vt piuria quoqꝫ sceleribus
ceteris adderent̄. Nulla itaqꝫ causa est: quare
sint dij quibꝰ vt dicūt steterat illud imperiū: cū
a grecis preualētibꝰ probent̄ victi: troianis pe/
ierantibꝰ fingantur irati: nec adulterio paridis
vt rursus a quibusdam defenduntur: vt troiaꝫ
desererent succensuerunt: auctores enim do/
ctoresqꝫ peccatorum esse assolent: nō vltores.

Nō potuisse offendi deos paridis adulterio:
qđ int̄ ipsos tradit̄ frequētatū. Cap. iij.

VRbē romā ingt salustiꝰ sicuti ego acce
pi cōdidere atqꝫ habuere in initio tro/
iani: qui enea duce ꝓfugi incertis sedi
bus vagabātur. Si ergo adulteriū paridis vin
dicādum numina censuerunt: aut magis ī tro/
ianis aut etiam in romanis puniendū fuit quia
enee mater hoc fecit. Sed quō in vllo hominū
illud flagitiū oderāt: qui in sua socia venere nō
oderant: vt alia omittam: quod cuꝫ anchise cō/
miserat: ex quo eneaꝫ pepererat? An quia illđ
factum est indignante menelao: illud auteꝫ cō/
cedente vulcano? Dij enim credo non zelāt cō/
iuges suas vsqꝫ adeo: vt eas etiam cum homini
bus dignētur habere communes. Irridere fa/
bulas fortassis existimor: nec grauiter agere tā
ti ponderis causam. Non ergo credamus si pla
cet eneam esse veneris filium: ecce concedo si
nec romulus martis. Si autem illud: cur non ꝛ
illud? An deos fas est hominibus feminis: ma
res autem homines deabus misceri nefas? Du
ra vel potius non credenda conditio: quod ex
iure veneris in concubitu marti licuit: hoc in iu
re suo ipsi veneri non licere. At vtrunqꝫ firma
tuꝫ est auctoritate romana. Neqꝫ enim minus
credidit recentior cesar auiam venerem ꝙ̄ pa
trem antiquior romulus martem.

De sentētia varronis: qua vtile esse dixit: vt
se homines dijs genitos mentiantur. Ca. iiij.

DIxerit aliqs ita ne tu ista credis? Ego
vero ista non credo. Nam ꝛ vir doctis/
simus eoruꝫ varro falsa hec esse: ꝙ̄uis
non audenter neqꝫ fidenter: pene tamen fatet̄
Sed vtile esse ciuitatibꝰ dicit: vt se viri fortes
etiam si falsum sit ex dijs genitos esse credant:
vt eo modo animus humanꝰ velut diuine stir/
pis fiduciam gerens: res magnas aggredien/
das presumat audacius: agat vehementius: et
ob hoc impleat ipsa securitate felicius. Que var

ronis sententia expressa vt potui: meis verbis cernis q̄ latum locum aperiat falsitati: vbi itelligamus plura iam sacra ⁊ quasi religiosa potuisse confingi: vbi putata sunt ciuibus etiam de ipsis dijs prodesse mendacia.

¶ Non probari q̄ dij adulteriū paridis punierint: quod in matre romuli nō vlti sunt. Ca. v.

SEd vtrū potuerit venus ex concubitu anchise eneam parere: vel mars ex ilie concubitu filie numitoris romulum gignere in medio relinquamus. Nam pene talis questio etiā de scripturis nostris oboritur: qua queritur vtrū preuaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerint: vnde natis gigantibus idest nimiuꝫ grandibus ac fortibus viris tunc terra completa est. Proinde ad vtrūq̄ interim modo nostra disputatio referatur. Si.n. vera sūt que apud illos de matre enee ⁊ de patre romuli lectitātur: quomō possunt dijs adulteria displicere hominū: que in seipsis concorditer ferunt? Si autem falsa sunt: nec sic quidem possunt irasci veris adulterijs humanis: q etiā falsis delectant suis. Huc accedit: quoniā illud de marte non creditur: vt hoc quoq̄ de venere non credatur. Nullo diuini concubitus obtētu ⁊ matris romuli causa defēditur. Fuit autem sacerdos ilia vestalis: ⁊ ideo dij magis in romanos sacrilegū illud flagitium: q̄ in troianos paridis adulterium vindicare debuerunt. Nā et ipsi romani antiqui in stupro detectas vestales sacerdotes viuas etiam defodiebant: adulteras autē feminas quāuis aliqua damnatione: nulla tamen morte plectebāt: vsq̄adeo grauius seueriusq̄ vindicanda putabāt adyta diuina q̄ humana cubilia vindicabant.

¶ De parricidio romli: qd̄ dij n̄ vidicarūt. Ca. vi.

ALiud adijcio: q si eo vsq̄ peccata hominum illis numinibus displiceret: vt offensi paridis facto desertam troiam ferro igniq̄ donarēt: magis eos contra romanos moueret romuli frater occisus: q̄ ↄtra troianos grec⁹ marit⁹ illusus. magis irritaret parricidium nascentis: q̄ regnātis adulteriuꝫ ciuitatis. Nec ad causā quam nūc agimus interest vtrū hoc fieri romulus iusserit: aut romulus fecerit: qd̄ multi ipudentia negant: multi pudore dubitāt: mlti dolore dissimulāt. Nec nos itaq̄ in ea re diligenti⁹ regrenda per multoꝝ scriptorū perpēsa testimōia demoremur. Romuli fratrem palā constat occisum: non ab hostib⁹: non ab alienis. Si aūt ꝑpetrauit aut impauit hoc romulus magis ipse fuit romanoꝝ: q̄ paris troianoꝝ caput. Cur igit̄ troianis irā deoꝝ ꝓuocauit ille aliene diugis raptor: ⁊ eorūdē deoꝝ tutelaꝫ romanis inuitauit iste sui fratris extictor. Si aūt illud scelus a facto impioq̄ romuli alienuꝫ est: qm̄ debuit vtiq̄ vindicari: qd̄ tota hoc illa ciuitas fecit: quod tota cōtēpsit: ⁊ nō iā fratrē: sed prēm quod peius est occidit: vterq̄ enī fuit cōditor: vbi alter scelere ablatus ⁊ nō ꝑmissus est esse regnator. non est vt arbitror qd̄ dicatur quid mali troia meruerit: vt eā dij ↄsererēt: quo posset extingui: ⁊ qd boni roma vt eaꝫ dij inhabitarēt quo posset augeri: nisi q̄ victi inde fugerūt: ⁊ se ad istos quos pariter decipent cōtulerūt. Immo vero ⁊ illic manserūt: ad eos more suo decipiēdos: q rursus easdē terras habitarēt: ⁊ hic easdē artes fallacie sue magis etiā excercēdo maiorib⁹ honoribus gloriati sunt.

¶ De euersione ilij: quod dux marij fimbria excidit. Capitulum. vij.

CErte enī ciuilib⁹ iā bellis scatentib⁹ qd miserū cōmiserat iliū: vt a fimbria marianaꝝ partiū hoīe pessimo euerteret̄ multo feroci⁹ atq̄ crudeli⁹ q̄ oli a grecis? Nā tūc ⁊ multi inde fugerūt ⁊ multi captiuati saltē in seruitute vixerūt. Porro aūt fimbria pri⁹ edictū ꝓposuit: ne cui parceret̄: atq̄ vrbē totā cūctosq̄ i ea hoīes incēdio cōcremauit. Hoc meruit iliū: nō a grecis quos sua irritauerat inigtate: sꝫ a romanis quos sua calamitate ꝓpagauerat: dijs illis ↄmunib⁹ ad hec repellēda nihil iuuantib⁹: siue qd̄ veꝝ est nihil valētibus. Nūqd ⁊ tūc abscessere oēs adytis arisq̄ relictis dij: quibus illud oppidū steterat post ātiquos grecorū ignes ruinasq̄ repatū? Si aūt abscesserāt: causam regro: ⁊ oppidanorū quidē q̄to iuenio meliorē: tanto deteriorē deoꝝ. Illi enī contra fimbriā portas clauserāt: vt sylle seruarēt integrā ciuitatē: hic eos irat⁹ incēdit: vel poti⁹ penitus extinxit. Adhuc aūt melioꝝ partiū ciuiliū sylla dux fuit: adhuc armis rēpublicā recupare moliebat̄: hoꝝ bonoꝝ initioꝝ nōdum malos euentus habuit. Quid ergo meli⁹ ciues illius vrbis facere potuerūt: qd honestius: quid fideli⁹: qd romana parētela dignius: q̄ meliori cause romanoꝝ ciuitatem seruare: ⁊ cōtra parricidam romane reipublice portas claudere? At hoc eis in quātū exitiū versum sit: attendāt defēsores eorū. Deseruerūt dij adulteros: iliūq̄ flammis

grecoꝝ reliquerũt: vt ex eis cinerib⁹ roma castior nasceref. Cur ⁊ postea deseruerũt eandẽ ciuitatem romanis cognatam: non rebellãtez aduersus romã nobilẽ filiã: ſʒ iustiorib⁹ ei⁹ partib⁹ fidẽ ↄstãtissimã pijssimãq̃ȝ seruãtẽ: eãq̃ȝ delendã reliquerũt: nõ grecoꝝ viris fortibus: sed viro spurcissimo romanoꝝ? Aut si displicebat dijs causa partium syllanarũ: cui seruantes vrbem miseri portas clauserãt: cur eidẽ sylle tanta bona pmittebãt ⁊ pnũciabãt? An ⁊ hic agnoscunt adulatores feliciũ poti⁹ q̃ȝ ifeliciũ defẽsores? Nõ ergo iliũ etiã tũc ab eis cũ euerteret desertũ ẽ. Nam demones ad decipiẽduz semp vigilantissimi qđ potuerũt fecerũt. Euersis qppe ⁊ icẽsis oibus cũ oppido simulacris solũ minerue simulacruz sub tãta ruina tẽpli illius: vt scribit liuius itegrũ stetisse phibet. Nõ vt diceret. dij patrij: quoꝝ semp sub numie troia ẽ. ad eoꝝ laudẽ: ſʒ ne diceret. excessere oẽs adytis: arisq̃ȝ relictis dij: ad eoꝝ defensionem: Illđ enĩ posse permissi sunt: nõ vnde pbarentur potentes sed vnde presentes conuincerentur.

An debuerit dijs iliacis roma ↄmitti. Ca. viij.

D Jis itaq̃ȝ iliacis post troie ipsius documẽtuz q̃ tãdẽ prudẽtia rõa custodiẽda cõmissa est? Dixerit qspiaz iam eos rome habitare solitos: qñ expugnante fimbria cecidit iliũ. Unde ergo stetit minerue simulacꝝ? Deide si apđ romã erant qñ fimbria d̃leuit iliuz fortasse apđ iliũ erãt qñ a gallis ipa rõa capta ⁊ incẽsa e. Sʒ vt sũt auditu acutissimi motuq̃ȝ celerrimi ad vocem anseris cito redierũt: vt saltẽ capitolinũ collẽ: q remanserat tuerent. Ceteꝝ ad alia defẽdẽda serius sunt redire commoniti.

An illam pacem que sub numa fuit deos prestitisse credendum sit. Capitulum. ix.

D Ji etiam numã põpilium successorem romuli adiuuisse creduntur: vt toto regni sui tempore pacem haberet: ⁊ iam portas que bellis patere assolent clauderet: eo merito scilicet quo romanis mlťa sacra ↄstituit Jlli vero homini p tãto ocio gratulandũ fuit: si mõ id reb⁹ salubribus scisset ipendere: ⁊ pnicio sissima curiositate neglecta verũ deũ ṽa pietate pquirere. Nunc autẽ non ei dij contulerũt illud ocium sed eum minus fortasse decepissent: si ociosum minime reperissent. Quanto enim minus eum occupatum inuenerunt: tanto magis ipsi occupauerunt. Nam quid ille mollitus sit: ⁊ quibus artibus tales deos sibi vel illi ciuitati consociare potuerit. Uarro prodit. quod si domino placuerit suo diligentius dissereretur loco. Modo autem qꝛ de beneficijs eoꝝ questio ẽ: magnũ beneficiũ ẽ pax: Sed dei veri beneficiũ ẽ. plerũq̃ȝ ẽt sicut sol: sicut pluuia viteq̃ȝ alia subsidia sup ingratos ⁊ nequã. Sed si hoc tã magnũ bonũ dij illi rome vel pompilio contulerũt: cur iperio romano p ipsa tẽpora laudabilia id nũquã postea prestiterunt? An vtiliora erãt sacra cũ istituerẽtur: q̃ȝ cũ istituta celebrarent? At q tũc nõdũ erãt: ſʒ vt eẽnt addebãtur postea vero iã erãt que vt pdessent custodiebãtur. Quid ergo ẽ ꝙ illi. xliij. vel vt alij volũt xxxix. anni in tanta pace trãsacti sunt regnante Numa: ⁊ postea sacris istitutis: dijsq̃ȝ ipsis q eisdẽ sacris fuerãt iuitati iã p̃sidibus atq̃ȝ tutorib⁹: vix p⁹ tã mľtos ãnos ab vrbe ↄdita vsq̃ȝ ad Augustũ vn⁹ p magno miraculo cõmemoraẽ ann⁹ post primum bellum punicum: quo belli portas romani claudere potuerunt.

An optandum fuerit: vt tanta belloꝝ rabie romanum augeretur imperiũ: cum eo studio quo sub Numa auctum est: ⁊ quietum esse potuit ⁊ tutum. Cap. 10.

A N respondẽt ꝙ nisi assiduis sibiq̃ȝ continuo succedẽtib⁹ bellis romanũ iperium tã lõge lateq̃ȝ ñ posset augeri: ⁊ tã grãdi glia diffamari: idonea ṽo cã vt magnũ eẽt iperiũ cur eẽ deberet ingẽtũ? Nõne i corporib⁹ hominũ sati⁹ est modicã staturã cũ sanitate habere: q̃ȝ ad molẽ aliquã gigãteã ppetuis afflictiõib⁹ puenire: nec cũ pueneris requiescere: ſʒ quãto grãdiorib⁹ mẽbris tãto maioribus agitari malis? Quid aũt mali eẽt ac nõ potius plurimũ boni: si ea tẽpora pdurarẽt q̃ pstrixit. Salustius: vbi ait. Jgitur in initio reges: nam in terris nomen imperij id primum fuit: diuersi pars ingenium: alij corpus exercebant: etiaz tum vita hominum sine cupiditate agitabatur sua cuiq̃ȝ satis placebant? An vt tam multum augeret imperium: debuit fieri quod Uirgilius detestatur dicens. Deterior donec paulatim ac decolor etas. Et belli rabies ⁊ amor successit habendi? Sed plane pro tantis bellis susceptis ⁊ gestis iusta defensio romanorum est: ꝙ irruentibus sibi importune inimicis resistere cogebat. non auiditas adipiscende laudis humane: sed necessitas tuende salutis ⁊ libertatis: Jta sit plane. Nã postq̃ȝ res eorum sicut scribit ipe Salustius legibus: moribus: agris:

aucta satis ꝓspera satisq; pollēs videbat̄: sicuti
pleraq; mortaliū habent̄: inuidia ex opulentia
orta est. Igit̄ reges populiq; finitimi bello eos
tētare: pauci ex amicis auxilio esse. Nā ceteri
metu ꝑculsi lōge a periculis aberāt. At romani
domi militieq; intēti: festinare: parare alijs: aliū
hortari: hostibus obuiā ire: libertatē: patriā: pa-
rētesq; armis tegere. Post vbi pericula v̄tute
ꝓpulerant: socijs atq; amicis auxilia portabāt:
magisq; dandis q̄ accipiēdis b̄n̄ficijs amicitias
parabāt. Decēter his artibus roma creuit: s3 re-
gnāte numa: vt tam longa pax eēt: vtrū irrue-
bāt iprobi: bellaq; tentabāt. An nihil eoꝝ fieret
vt posset pax illa ꝑsistere? Si eni bellis etiā cū
roma lacessebat̄: nec armis arma obuia ferebā-
tur: q̄bus modis agebat̄: vt nulla pugna supati
nullo martio ipetu territi sedarent̄ inimici: his
modis semꝑ ageret̄: vt semꝑ roma clausis ia3
portis pacata regnaret. Qd̄ si in p̄tāte nō fuit:
nō ḡ roma pacē habuit q̄diu dij eoꝝ: sed q̄diu
hoīes finitimi circūquaq; voluerūt: q̄ eam nul-
lo bello ꝓuocauerūt. Nisi forte dij tales etia3
id homini vēdere audebūt: qd̄ alius homo volu-
it siue noluit: interest q̄dē iā vitio ꝓprio malas mē-
tes quatenꝰ sinant̄ isti demones vel terrere vel
excitare: S3 si semꝑ hoc possent: nec aliud se-
cretiore ac supiore p̄tāte ꝯtra eoꝝ conatū sepe
aliter ageret̄: semꝑ in p̄tāte h̄rent paces belli
casq; victorias: q̄ semper fere ꝑ humanoꝝ ani
moꝝ motus accidūt: quas tn̄ plerūq; ꝯtra eoꝝ
fieri volūtatē nō solū fabule multa mētiētes: ⁊
vix veri aliq̄d vel indicantes vel significātes: s3
etiam ipsa romana confitetur historia.

De simulacro cumani apollinis: cuiꝰ fletꝰ cre-
ditus ē cladē grecoꝝ quibus opitulari nō pote-
rat: indicare. Capitulū. xi.

Neq; eni aliunde apollo ille cumanus:
cū aduersus bacceos regēq; aristoni-
cū a romanis bellaret̄: quatriduo fleuisse nun-
ciatus est. Quo ꝓdigio aruspices territi: cū id
simulacrū in mare putauissent esse ꝓijciēdū: cu-
mani senes itercesserūt atq; rettulerūt tale ꝓ-
digiū ⁊ antiochi ⁊ persidis bello in eode3 appa-
ruisse figmēto. Et q2 romanis felicit̄ ꝓuenisset
ex senatusconsulto eidē apollini sua dona esse
missa testati sunt. Tūc v̄o peritiores acciti aru-
spices r̄n̄derūt: simulacri apollinis fletū ideo ꝓ-
sperū esse romanis: q̄m cumana colonia greca
eēt: suisq; terris: vnde accitus eēt idest ipsi gre-
cie ⁊ luctū ⁊ cladē apollinē significasse plorātē.

Deide mox regē aristonicū victū ⁊ captū eē nū-
ciatū ē: quē vici vtiq; apollo nolebat ⁊ dolebat:
⁊ hoc sui lapidis etiā lachrymis idicabat. Unde
nō vsqueq̄q; icōgrue: q̄uis fabulosis: tn̄ verita-
tis silibꝰ mores demonū describunt̄ carminibꝰ
poetaꝝ. Nā camillā diana doluit apud v̄giliū
⁊ pallātē morituꝝ hercules fleuit. Hic fortassis
⁊ numa pōpilius pace abūdās: s3 quo donante
nesciēs nec regrēs: cū cogitaret ociosus: q̄bꝰ nā
dijs tuēdā romanā salutē regnūq; cōmitteret:
nec veꝝ illū atq; ipotētē sūmū deū curare opi-
naret̄ ista terrena: atq; recoleret troianos de-
os: quos eneas aduexerat: neq; troianu3: neq;
lauiniēse ab ipso enea ꝯditū regnū diu ꝯserua-
re potuisse: alios ꝓuidendos existimauit: quos
illis prioribus: siue qui cum romulo iam roma3
transierant: siue quandoq; alba euersa fuerant
transituri: vel tanq; fugitiuis custodes adhibe-
ret: vel tanq; inualidis adiutores.

Quantos sibi deos romani preter cōstitutio-
nem nume adiecerint: quorum eos numerosi-
tas nihil iuuerit. Capitulum. xij.

Nec his sacris tn̄ roma dignata ē eē ꝯtē-
ta: q̄ tā m̄lta illic pōpilius constituerat.
Nā ipsius sūmū tēplū nondū habebat
iouis. Rex q̄ppe tarq̄nius ibi capitoliū fabrica-
uit. Escupalius aūt ab epidauro abiuit roma3:
vt peritissimus medicus i vrbe nobilissima3 ar-
tē gl̄iosius exerceret. Mater aūt deoꝝ nescio
vn̄ nata penestrinū montē isedit. Indignū eim
erat: vt cū eius filius ia3 colli capitolino p̄side-
ret: adhuc ipsa i loco ignobili latitaret. Que tn̄
si oiu3 deoꝝ mater ē: nō secuta est solū romam
quosdā filios suos: veꝝ ⁊ alios p̄cessit etiā secu-
turos. Miror sane si ipsa pepit cynocephalū: q̄
lōge postea venit ex egypto. Utrū etiā dea fe-
bris ex illa nata sit: viderit esculapius ꝓnepos
eiꝰ. S3 vn̄cūq; nata sit: nō opinor: audebūt ea3
ignobilē dicere dij ꝑegrini deā ciuē romanam.
Sub hoc tot deorū p̄sidio: quos numerare q̄s
pōt? idigenas ⁊ alienigenas: celestes: terrestres
ifernos: marinos: fōtanos: fluuiales: ⁊ vt varro
dicit certos atq; icertos: i oibusq; generibꝰ do-
rū: sicut i aīalibꝰ mares ⁊ feīas. Sub hoc ergo
tot deoꝝ p̄sidio ꝯstituta roma: nō ta3 magnis ⁊
horrēdis cladibus: quales ex multis paucas cō-
memorabo: agitari affligiq; debuit. Nimis ei3
m̄ltos deos grandi fumo suo tanq; signo dato
ad tuitionē ꝯgregauerat: q̄bus tēpla: altaria: sa-
crificia: sacerdotes istituēdo atq; p̄bēdo: sūmū

vero deū: cui vni hec rite gesta debent̄ offēde/ret. Et felicioꝛ quidem cum paucioꝛibus vixit. Sed quāto maioꝛ facta est: sicut naui nautas: tanto plures adhibēdos putauit: credo despe/rans pauciores illos sub quibꝰ in compatiōe pe/ioꝛis vite melius vixerat: non sufficere ad opi/tulandū granditati sue. Primo enim sub ipsis regibus: excepto numa pompilio: de quo iā su/pra locutus sum: quātum malū discoꝛdiosi cer/taminis fuit: quod fratrē romuli coegit occidi?

¶ Quo iure: ꝗ federe romani obtinuerunt pri/ma coniugia. Capitulum. xiij.

Quomodo nec iuno que cū ioue suo iā fouebat romanos rerum dn̄os gentē/ꝗ togatā: nec venus ipsa eneadas su/os potuit adiuuare: vt bono ⁊ equo moꝛe cōiu/gia mererent̄: cladesqꝫ tanta irruit huius iopie vt ea dolo raperent: moxqꝫ compellerent̄ pu/gnare cum soceris suis: ⁊ misere femine nōdū ex iniuria maritis conciliate: iam parentū san/guine dotarentur. At enim vicerunt in hac con/flictatione romani vicinos suos. Quantis ⁊ ꝗ multis vtrinqꝫ vulneribꝰ ac funeribus tā pro/pinquoꝛū ꝗ ⁊ confinium iste victoꝛie constitue/runt. Propter vnum cesarem socerum: ⁊ vnū generum eius pompeium: iam moꝛtua cesaris filia vxoꝛe pompeij: quāto ⁊ ꝗ iusto doloꝛis in/stinctu lucanus exclamat. Bella ꝑ emathios plus ꝗ ciuilia campos: Iusqꝫ datū sceleri cani/mus. Vicerūt ergo romani: vt strage soceroꝛū manibus cruentis ab eoꝛū filiabus amplexus miserabiles extoꝛquerent: nec ille auderēt fle/re patres occisos: ne offenderent victoꝛes ma/ritos: que adhuc illis pugnantibus pro quibus facerent vota nesciebant. Talibus nuptijs po/pulum romanum non venus sed bellona dota/uit: aut foꝛtassis alecto illa inferna furia iā eis fauente iunone plus in illos habuit licentie: ꝗ cum eius precibus contra eneā fuerat excita/ta. Andromacha feliciꝰ captiuata est: ꝗ illa cō/iugia romana nupserunt: licet seruiles: tamen post eius amplexus nullum troianoꝝ pyrrhus occidit. Romani autem soceros interficiebāt in prelijs: quoꝝ iā filias amplexabātur in tha/lamis. Illa victoꝛi subdita dolere tantum suo/rum moꝛtem potuit non timere: ille sociate bel/lantibꝰ parentū suoꝝ ad moꝛtes ꝓcedentibus viris timebant: redeuntibus dolebāt: nec timo/rem habētes liberū nec doloꝛem. Nam ꝓpter interitum ciuiū: ꝓpinquoꝛum: fratrū: parētum aut pie cruciabantur: aut crudeliter letabātur victoꝛijs maritoꝛum. Huc accedebat: ꝙ vt sūt alterna belloꝝ: alique parentum ferro amise/runt viros: alieqꝫ vtroꝛūqꝫ ferro ⁊ parentes et viros. Neqꝫ enim ⁊ apud romanos parua fue/runt illa discrimina. Siquidem ad obsidionem quoqꝫ peruentū est ciuitatis: clausisqꝫ poꝛtis se tuebātur. Quibus dolo apertis admissisqꝫ hosti/bus intra menia: in ipso foꝛo scelerata et nimis atrox īter generos socerosqꝫ pugna cōmissa ē: ⁊ raptoꝛes illi etiā supabantur: ⁊ crebꝛo fugien/tes intra domos suas: ⁊ grauius fedabāt pristi/nas: ꝗuis ⁊ ipsas pudendas lugendasqꝫ victo/rias. Hic enim romulus de suoꝛū iam virtute despans iouem rogauit vt starent: atqꝫ ille hac occasione nomen statoꝛis inuenit. Nec finis es/set tanti mali: nisi rapte ille laceratis crinibus emicarēt: ⁊ pꝛouolute parentibus iram eoꝛum iustissimam non armis victricibus: sed supplici pietate sedarent. Deinde titum tatium regem sabinoꝛum socium regni romulus ferre cōpul/sus est: germani consoꝛtis impatiens: sed quan/do ⁊ istum diu toleraret: ꝗ fratrem germanūqꝫ non pertulit? Unde ⁊ ipso interfecto vt maioꝛ deus esset: regnū solus obtinuit. Que sunt ista iura nuptiarum: que irritamenta belloꝛū: que federa germanitatis: affinitatis: societatis: diui/nitatis? Que postremo sub tot dijs tutoꝛibꝰ iu/ra ciuitatis? Vides quanta hinc dici et ꝗ mul/ta possent: nisi que supersunt nostra curaret in/tentio: ⁊ sermo in alia festinaret.

¶ De ipietate belli qđ albanis romani itulerūt: ⁊ de dominādi libidie adepta victoꝛia. Ca. xiiij.

Quid deide post numā sub alijs regibꝰ? Quanto malo nō solum suo: sed etiā romanoꝝ in bellū albani ꝓuocati sūt? Quia videlicet pax nume tam longa viluerat: quam crebꝛe strages romani albaniqꝫ fuerunt exercitus: ⁊ vtriusqꝫ cōminutio ciuitatis. Alba nāqꝫ illa quā filius enee creauit ascaniꝰ rome mater pꝛopioꝛ ipsa: ꝗ troia a tullo hostilio rege ꝓuocata cōflixit. Confligēs aūt ⁊ afflicta est ⁊ afflixit: donec multoꝝ cederet pari defectiōe certaminū. Tunc euētū belli de tergeminis hic atqꝫ inde fribus placuit expiri: a romanis tres hoꝛatij: ab albanis aūt tres curiatij ꝓcesserunt: a curiatijs tribus duo hoꝛatij: ab vno aūt hora/tio tres curiatij supati ⁊ extincti sunt. Ita roma extitit victrix ea clade etiā i certamie extremo: vt de sex viuis vnus rediret domū. Cui dānus

in vtrīqꝫ? Cui luct⁹: nisi enee stirpi: nisi ascanij
poster]: nisi ꝓli vener]: nisi nepotib⁹ iouis? Nā
ꝛ hoc plusqꝫ ciuile bellū fuit: qñ filia ciuitas cū
ciuitate matre pugnauit. Accessit aliō huic ter
gemioꝝ pugne vltime atrox atqꝫ horrēdū ma/
lū. Nā vt erant ābo ppli prius amici: vicini ꝙp/
pe atqꝫ cognati vni curiatioꝝ ꝺspōsata fuerat
horatioꝝ soror. Hec posteaqꝫ spōsi spolia in vi
ctore fratre cōspexit: ab eodē fratre qm̄ fleuit
occisa ē. Humanior hui⁹ vni⁹ femie: qꝫ vniuer/
si ppli romāi mihi videt̄ fuisse affect⁹. Illa quē
virū iā fide media retinebat: aut forte ēt ipsum
frēm dolēs q eū occiderat: cui sororē ꝓmiserat:
puto ꝙ nō culpabil'r fleuerit. Unde eni apō vir
giliū: pius eneas laudabil'r dolet hostē etiā sua
perēptū manu. Unde marcellus syracusanam
ciuitatē recolēs eius paulo ante culmē ꝛ gliam
sub man⁹ suas subito cōcidisse: cōem cogitans
ꝯditionē flēdo miserat⁹ est. Queso ab humano
īpetremus affectu: vt feīa spōsum suū a frē suo
perēptū sine crimie fleuerit: si viri hostes a se vi
ctos etiā cū laude fleuerūt. Ergo spōso a frē il/
latā mortē qñ femia illa flebat: tūc se cōtra ma/
trē ciuitatē tāta strage bellasse: ꝛ tāta hinc ꝛ in/
de cognati cruoris effusiōe vicisse gaudebat ro
ma. Quid mihi obtēdit̄ nomē laudis nomenqꝫ
victorie? Remotis obstaculis insane opiniōis:
facinora nuda cernant̄: nuda pensent̄: nuda iu
dicent̄. Causa dicat̄ albe: sicut troie adulteriū
dicebat̄: nulla tal': nulla silis iuenit̄. Tm̄ vt de/
sides moueret tullus ī arma viros: ꝛ iā desueta
triūphis agmia. Illo itaqꝫ vitio tm̄ scelus ꝑpe/
tratū ē socialis belli atqꝫ cognati: qō vitiū salu/
stius magnū trāseūter attigit. Cū eni laudans
breuiter antiqora ꝯmemorasset tpa: qñ vita ho
minū sine cupiditate agitabat̄: ꝛ sua cuiqꝫ satis
placebāt. Postea vō inqt qꝫ in asia cyr⁹: in gre/
cia lacedemonij ꝛ athenienses cepe vrbes atqꝫ
natiōes subigere: libidinē dn̄andi cām belli ha/
bere: maximā gl'az ī magno īperio putare: ꝛ ce
tera: q ipse īstituerat dicere. Mihi hucusqꝫ sat]
sit ei⁹ vba posuisse. Libido ista dn̄andi magnis
malis agitat ꝛ cōterit gen⁹ humanū. Hac libidi
ne roma cū victa albaz se vicisse triūphabat: ꝛ
sui sceleris laudē gl'iam noīabat: qm̄ laudat̄ in/
qt scriptura nr̄a peccator ī desiderijs aīe sue: et
q iniqua gerit bn̄dicit̄. Fallacia igit̄ tegmina ꝛ
ꝺceptorie ꝺalbatōes auferāt̄ a reb⁹: vt sincero
īspiciāt̄ examie. Nemo mihi dicat magn⁹ ille at
qꝫ ille: qr cū illo ꝛ illo pugnauit ꝛ vicit. Pugnāt
ēt gladiatores: vicūt ꝛ ipsi: habꝫ ꝑmia laudis ꝛ
illa crudelitas. Sꝫ puto eē sati⁹ cuiuslibꝫ iertie
penas luere: qꝫ illoꝝ armoꝝ gloriā q̄rere: ꝛ tn̄ si
ī arenā ꝓcederēt pugnaturi int̄ se gladiatores:
q̊ꝝ alt̄ eēt fili⁹ alt̄ pr̄ eēt: tale spectaculū qs fer/
ret: qs nō auferret? Quō ergo gl'iosū alti⁹ ma/
tris altius filie ciuitatis int̄ se armoꝝ potuit eē
certamē? An ideo diuersū fuit ꝙ arena vlla nō
fuit: ꝛ latiores cāpi nō duoꝝ gladiatoꝝ: sꝫ ī duo
b⁹ ppl'is multoꝝ funerib⁹ īplebant̄: nec amphi
theatro cīgebant̄ illa certamia: sꝫ vniuerso or/
bi? Et tūc viuis ꝛ posteris q̊usqꝫ ista fama porri
git̄ ipiū spectaculū ꝓbebat̄. Ui tn̄ patiebāt̄ stu
dij sui dij illi ꝑsides īpij romani: ꝛ taliū certami/
nū tanqꝫ theatrici spectatores: donec horatio/
rū soror ꝓpt̄ curiatios tres perēptos ēt ipa ter
tia ex alt̄a parte frn̄o ferro duob⁹ frībus adde
ret̄: ne min⁹ hr̄et mortiū ēt roma q̄ vicerat. De
īde ad fructū victorie alba subuersa ē. Ubi p⁹
iliū: qō greci euerterūt ꝛ post lauiniū: vbi rex la
tin⁹ eneā regē ꝑegrinū atqꝫ fugitiuū ꝯstituerat
t̄tio loco habitauerāt numia illa troiana. Sed
more suo ēt inde iā fortasse migrauerāt: iō ꝺle/
ta ē. Discesserāt videlicet oēs adytis arisqꝫ reli
ctis dij: qb⁹ impiū illō steterat. Discesserūt sane
ecce iā t̄tio: vt eis q̄rto roma ꝓuidētissime cre/
deret̄. Displicuerat. n. ꝛ alba: vbi amuli⁹ expul
so frē: ꝛ roma placuerat: vbi roml'us occiso frē
regnauerat. Sꝫ anqꝫ alba dirueret̄ trāsfusus
est inqunt ppl's ei⁹ in romā: vt ex vtraqꝫ vna ci
uitas fieret. Esto ita factū sit: vrbs tn̄ illa asca/
nij regnū: ꝛ tertiū domiciliū troianoꝝ ꝺoꝝ ab
vrbe filia mr̄ euersa ē. Et vt belli relīqe e duo/
bus ppl'is vnū facerēt miserabile coagulū mł'/
tus ante fusus vtriusqꝫ sāguis fuit. Quid iā si/
gillatim dicā: sꝫ ceteris regib⁹ totiēs eadē bel/
la renouata: q victorijs finita videbant̄: ꝛ tātis
stragib⁹ iteꝝ atqꝫ iteꝝ ꝯfecta: iteꝝ iterūqꝫ post
fedus ꝛ pacē iter gn̄os ꝛ soceros ꝛ eoꝝ stirpez
posterosqꝫ repetita. Nō paruū indiciū calami/
tatis hui⁹ fuit: ꝙ pōtas belli nll's clausit illoruꝫ.

Qualis romanorum reguꝫ vita atqꝫ exitus
fuerit. Capitulum. xv.

Nullus ergo illoruꝫ sub tot dijs presidi/
b⁹ in pace regnauit: ipsorū aūt regum
q exit⁹ fuerūt? De romulo viderit adu/
latio fabulosa: qua ꝓhibet̄ receptus in celū. Ui
derit qdā scriptores eoꝝ: q eū ꝓpt̄ ferocitatē a
senatu discerptū eē dixerūt: s hornatūqꝫ nescio
quē iuliū proculum: qui cum sibi apparuisse di

ceret: eumqꝫ per se populo mandasse romano: vt inter numina coleretur: eoqꝫ modo populum qui contra senatum intumescere ceperat repressum atqꝫ sedatū. Acciderat eiꝫ ⁊ solis defectio: quā certa ratōe sui cursus effectaꝫ iperita nesciēs multitudo meritis Romuli tribuebat. Quasi vero si luctꝰ ille solis fuisset: nō magis iō credi deberet occisus: ipsūqꝫ scelus auersione etiaꝫ diurni luīs īdicatū. Sicut revera factū est cū dñs crucifixus ē crudelitate: atqꝫ īpietate iudeoꝝ. Quā solis obscuratōeꝫ nō ex canonico siderꝝ cursu accidisse satis ondit qd tunc erat pascha iudeoꝝ. Nā plena luna pasce solēnitas agitur. Regularis aūt solis defectio non nisi lune fine ɔtigit. Satis ⁊ Cicero illā īter deos Romuli receptōeꝫ putatā magis significat eē ꝗ̃ factā. qñ ⁊ laudās eū ī libris de republica Scipionisqꝫ ꝯmone: tm̄ ē inqt cōsecutus: vt cū subito sole obscurato nō cōparuisset: deoꝝ ī numero collocatus putaret̄: quaꝫ opinionē nemo vnqꝫ mortalis asseq potuit sine eximia virtutis glīa. Qd aūt dicit eū subito nō cōparuisse: ꝑfecto ibi ītelligit̄ aut violētia tēpestatis: aut cedis facinorisqꝫ secretū. Nā ⁊ alij scriptores eoꝝ defectōi solis addūt etiā subitā tēpestatē: q̄ ꝑfecto aut occasionē sceleri ꝓbuit: aut romulū ipsa cōsūpsit. De tullo qppe etiaꝫ hostilio: q tertius a romulo rex fuit: q ⁊ ipse fulmine absūptus ē: dicit ī eisdē libris idem cicero. ꝓpterea ⁊ istū nō creditū iter deos receptuꝫ tali morte: qꝛ fortasse qd erat in romulo ꝓbatū. i. ꝑsuasū: romani vulgare noluerūt: idē vilifacere: si hoc ⁊ alteri facile tribueretur. Dicit etiā apte ī inuectiuis. Illū q hanc vrbē cōdidit romulū ad deos īmortales beniuolētia famaqꝫ sustulimus: vt nō vere factū: sꝫ ꝓpter merita virtutis eiꝰ beniuolētia iactatū diffamatūqꝫ mōstraret. In hortensio vero dialogo cū de solis canonicis defectōibus loq̄ret̄: vt easdē inqt tenebras efficiat q̄s effecit ī īteritu romuli: q ī obscuratōe solis ē effectꝰ. Certe hic timuit minime īteritū hoīs dicere: qꝛ disputator magis ꝗ̃ laudator fuit. Ceteri aūt reges ppl̄i romani excepto numa pōpilio ⁊ anco martio q morbo ierierūt: ꝗ̃ horrēdos exitꝰ hūerūt. Tullus vt dixi hostilius victor ⁊ euersor albe: cū tota domo sua fulmine ɔcrematꝰ ē. Priscꝰ targniꝰ ꝑ sui ꝑdecessoris filios īterēptus ē. Seruiꝰ tullus gener ipsiꝰ targnij supbi q ei successit ī regnuꝫ nefario scelere occisus est. Nec discessere adytis arisqꝫ relictis dij: tāto ī optimū illiꝰ ppl̄i regē parricidio ꝑpetrato: quos dicūt vt hoc misere troie facerēt: eāqꝫ grecis diruendā exurendāqꝫ relinq̄rēt: adulterio fuisse paridis cōmotos. Sꝫ īsuꝑ iterfecto a se socero targniꝰ ipse successit. Hūc dij illi nefariū parricidā soceri iterfectōe regnātē: īsuꝑ m̄ltis bellis victorijsqꝫ triūphantē: ⁊ de belloꝝ manubijs capitoliū fabricātē: nō abscedētes: sꝫ p̄ntes manentesqꝫ viderūt: ⁊ regē suū iouē ī illo altissimo tēplo hoc ē ī ope parricide sibi ꝑsidere atqꝫ regnare ꝑpessi sūt. Neqꝫ eiꝫ adhuc īnocēs capitoliū īstruxit: ⁊ postea malis meritis vrbe pulsus ē: sꝫ ad ipꝫ regnū ī quo capitoliū fabricaret: īmanissimi sceleris ꝑpetratōe ꝑuenit. Qd vero eū romani regno postea depulerūt: ac secluserūt menibꝰ ciuitatis: nō ipsiꝰ de lucretie stupro: sꝫ filij pctm̄ fuit: illo nō solū nesciēte: sꝫ ēt absēte cōmissū. Ardeā ciuitateꝫ tūc oppugnabat: ⁊ ꝓ ppl̄o romano bellū gerebat. Nescimꝰ qd faceret si ad eiꝰ notitiā flagitiū filij ɔferret̄. Et tñ īexplorato eiꝰ iudicio ⁊ īexꝑto ei ppl̄s ademit īperiū: ⁊ recepto exercitu a q ɔseri iussus ē: clausis deīde portis nō sunt passi ītrare redeūtē. At ille post bella grauissima q bus eosdē romanos ɔcitatis finitimis attriuit: postea ꝗ̃ desertus ab eis q̊rū fidebat auxilio regnū recipe nō valuit: ī oppido tusculo rome vicino q̄tuordeciꝫ vt fert̄ annos ꝑuatā vitā gerꝰ hūit: ⁊ cum vxore ɔsenuit optabiliore fortassis exitu: ꝗ̃ socer eiꝰ: generi sui facinore nec ignorāte filia sicut ꝑhibet̄ extīctꝰ. Nec tñ istū targnū romani crudelē aut sceleratū sꝫ supbū appellauerūt: sꝫ fortassis regios eiꝰ fastꝰ: alia supbia non ferentes. Nam scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui vsqꝫ adeo contempserunt: vt eū regē suū facerēt: vbi miror si nō scelere grauiore mercedē tātā tāto sceleri reddiderūt: nec discessere adytis arisque relictis dij. Nisi forte quispiam sic defendat istos deos: vt dicat eos ideo mansisse rome: quo possent romanos magis punire supplicijs: ꝗ̃ beneficijs adiuuare: seducentes eos vanis victorijs et bellis grauissimis conterentes. Hec fuit romanoruꝫ vita sub regibus laudabili tempore illius reipublice vsque ad expulsionem tarquinij superbi per ducentos ferme ⁊ quadraginta ⁊ tres annos: cum ille omnes victorie tam multo sanguine ⁊ tantis empte calamitatibus: iuxta illud imperium intra. xx. ab vrbe miliaria dilatauerint: quantū spacium absit vt saltem alicuius getule ciuitatis nec territorio comparemus.

¶ De primis apud romanos consulibus: quorũ alter alterum patria pepulit: mox(que) rome post atrocissima parricidia a vulnerato interijt hoste vulneratus. Capitulum. xvj.

Huic tpi adijciamus etiã tp̃s illud quousq(ue) dicit ille salustius equo & modesto iure agitatũ: dũ metus a targnio & graue bellũ cũ hetruria positũ ẽ. Quãdiu eni3 hetrusci targnio redire i regnũ conãti opitulati sũt: graui bello roma ↄcussa ẽ. Ideo dicit equo & modesto iure gestã rẽpu. metu p̃mẽte: nõ p̃suadẽte iustitia iquo grauissimo tpe q̃(ue) funest⁹ ille annus fuit: quo p̃mi ↄsules creati sũt expulsa regia ptãte: annũ q̃ppe suũ nõ cõpleuerũt. Nã iunius brutus exhonoratũ eiecit vrbe collegã luciũ targniũ collatinũ. Deide mox ipse i bello cecidit mutuis cũ hoste vulnerib⁹: occisis a seipso p̃imitus filijs suis & vxoris sue fribus: q(uia) eos p̃ restituẽdo targnio ↄiurasse cognouerat. Qd̃ fcm̃ v̾gilius postq(uam) laudabiliter cõmemorauit: cõtinuo clemẽter exhorruit. Cũ eni3 dixisset. Natosq(ue) p̃r noua bella mouẽtes ad penã pulchra p̃ libertate vocauit: mox deide exclamauit & ait. Infelix vtcũq(ue) ferẽt ea fcã minores. Quolibet ingt ea fcã posteri ferãt idest p̃ferãt & extollãt: q̃ filios occidit ifelix ẽ: & tanq(uam) ad ↄsolãdũ ifelicẽ subiũxit: Uincet amor p̃rie: laudũq(ue) imensa cupido. Nõne i hoc bruto q̃ & filios occidit: & a se p̃cusso hosti & filio targnij & mutuo p̃cussus supuiuere nõ potuit: eiq(ue) potius ipe targnius supuixit: collatini college videt̃ inocẽtia vĩdicata: q̃ bonus ciuis ob hoc targnio pulso passus ẽ: qd̃ tyrãnus ipse targnius? Nã & idẽ brutus consanguineus targnij fuisse p̃hibet̃: sed collatinũ videlicet similitudo noĩs p̃ssit: q(uia) etiã targnius vocabat̃. Mutare ergo nomẽ nõ p̃riã cogeret̃: postremo i ei⁹ noĩe hoc vocabulũ minus eẽt: lucius collatin⁹ tm̃mõ vocaret̃. Sed ideo nõ amisit q(uia) sine vllo detrimẽto posset amittere: vt & honore p̃mus cõsul: & ciuitate bon⁹ ciuis carere iuberet̃. Etiãne ista ẽ g̃lia iunij bruti: detestãda iniq̃tas: & nihilo vtilis reipu.? Et etiã ne ad hãc p̃petrãdã vicit amor p̃rie: laudũq(ue) imẽsa cupido? Iã expulso vtiq(ue) targnio tyrãno: cõsul cũ bruto creatus ẽ maritus lucretie luci⁹ targnius collatinus: q(uam) iuste pp̃ls mores i ciue nõ nomẽ attẽdit: q(uam) iniuste brutus collegã p̃me ac noue illi⁹ p̃tãtis: quẽ posset si hoc offẽdebat̃: noĩe tm̃ p̃uare: & p̃ria p̃uauit & honore. Hec mala fcã sũt: hec aduersa acciderũt: q̃n i illa rep. equo & modesto iure agitatũ ẽ. Lucretius quoq(ue) q̃ i locum bruti fuerat subrogat⁹: morbo anteq(uam) idẽ ann⁹ terminaret̃ absũptus ẽ. Ita publius valerius q̃ successerat collatino: & marc⁹ horati⁹ q̃ p̃ defũcto lucretio suffect⁹ fuerat: annũ illũ funereũ atq(ue) tartareũ q̃ cõsules quinq(ue) hũit cõpleuerunt. Quo anno ipsi⁹ ↄsulat⁹ nouũ honorẽ ac ptãtẽ auspicata ẽ romana resp. Tũc iã diminuto paululũ metu ñ q(uia) bella ↄqeuerãt: s3 q(uia) ñ graui põdere vrgebãt

¶ Post initia consularis imperij quibus malis vexata fuerit romana respublica dijs non opitulantibus quos colebant. Capitulu3. xvij.

Finito scilicet tpe quo equo & modesto iure agitatũ ẽ: secuta sũt q̃ idẽ Salusti⁹ breuit̃ sic explicat. Deide s̃uili ĩpio p̃res plebem exercere: de vita ac q̃ete erga se regio more ↄsulere: erga alios d̃ violẽtia & igetudine sibi reg̃ nolliri: illos agro pellere: & ceteris expertib⁹ soli i ipio agere. Quib⁹ agitata seuitijs & maxime fenore opp̃ssa plebs: cũ assiduis bellis tributũ & militiã sil̾ tolleraret: armata mõtẽ sacrũ atq(ue) auẽtinũ isedit. Tũq(ue) tribunos plebis & alia sibi iura parauit: discordia⁊ & certaminis vtriusq(ue) finis fuit secũdũ bellũ punicũ. Quid itaq(ue) ego tantas moras vl̾ scribẽs patiar vl̾ lecturis afferã? Quã misera fuit illa respu. tã lõga etate p̃ tot annos vsq(ue) ad scd̃3 bellũ punicũ: bellis forisec⁹ inq̃etare nõ desistẽtib⁹: & itus discordijs seditõibusq(ue) ciuilib⁹: a Salustio breuiter itimatũ est. Proide victorie ille nõ solida btõ⁊ gaudia fuerunt: s3 inania solatia misero⁊: & ad alia atq(ue) alia terribilia mala subeũda illecebrosa icitamẽta minime q̃eto⁊. Nec nob q(uia) hec dicim⁹ boni romani prudẽtesq(ue) succẽseãt: q(uam)q(uam) de hac re nec pauẽdi sint nec monendi: qñ eos minime succẽsuros eẽ certissimũ ẽ. Neq(ue) eni3 graui⁹ vel grauiora dicim⁹ auctorib⁹ eo⁊: & stilo & ocio ml̾tũ ipares. Quib⁹ tñ ediscẽdis & ipi elaborauert̃ & filios suos elaborare cõpellũt: Qui aũt succẽsent: qñ me ferrẽt si ego dicerẽ qd̃ Salusti⁹ ait: p̃lime turbe seditões & ad postremũ bella ciuilia orta sũt: dũ pauci potẽtes q̃rũ i g̃ram plerique ↄcesserãt sub honesto p̃ru3 aut plebis noĩe dñationes affectabãt: boniq(ue) & mali ciues appellati nõ ob merita i rẽpu. icesserãt oĩbus pariter corruptis: s3 vti q̃sq(ue) locupletissimus & iuria validior: quia presentia defendebat pro bono ducebat̃. Porro si illi scriptores historie ad honesta3 libertate3 pertinere arbitrati sũt mala ciuitatis p̃pe nõ tacere quã multis locis magno p̃conio

laudare compulsi sunt:cum aliam veriorē quo
ciues eterni legendi sant nō haberēt:quid nos
facere cōuenit:quoꝝ spes quanto ī deo meli/
or ⁊ certior:tanto maior debet eē libertas: cuꝫ
mala presentia christo nostro imputant: vt ifir
miores imperitioresqꝫ mētes alienētur ab ea
ciuitate in qua sola iugiter feliciterqꝫ viuendū
ē. Nec ī deos eoꝝ horribiliora nos dicimꝰ: q̄ꝫ
eoꝝ ijdem auctores:quos legūt ⁊ p̄dicāt quā/
doquidem ⁊ ex ipsis que diceremꝰ accepimus:
⁊ nullo mō dicere vel talia vel cūcta sufficimꝰ
Ubi erant ergo illi dij qui propter exiguam fal
laceēqꝫ huius mūdi felicitatē colēdi existimant̄
cū romani quibus se colendos mendacissima
astutia vendicabant tantis calamitatibꝰ vexa
rentur. Ubi erant quādo valerius cōsul ⁊ ab
exulibus ⁊ seruis incensum capitoliū cum de
fensaret occisus ē: faciliusqꝫ ipse prodesse po/
tuit edi iouis q̄ꝫ illi turba tot numinū cum suo
maximo atqꝫ optimo rege:cuius tēplū libera/
uerat subuenire. Ubi erāt quādo densissimis
fatigata ciuitas seditionū malis: cum legatos
athenas missos ad leges mutuādas paululuꝫ
quieta operiret̄:graui fame pestilentiaqꝫ va/
stata est. Ubi erāt quādo rursus populus cuꝫ
fame laboraret prefectū annone primū crea/
uit:atqꝫ illa fame inualescente spurius emilius
qui esurienti multitudini frumenta largitus ē
regni affectati crimen incurrit:⁊ eiusdem pre/
fecti instantia per dictatorem lucium quintuꝫ
etate decrepitū a q̄nto seruilio magistro equi/
tum cū maximo ⁊ ꝑiculosissimo tumultu ciui/
tatis occisus ē. Ubi erāt quādo īminēte pesti/
lentia maxīa exorta dijs inutilibus populus
diu multūqꝫ fatigatꝰ noua lectisternia:qđ nun
q̄ꝫ antea fecerat exhibēda arbitratus ē: lecti
aūt sternebātur ī honorē deoꝝ: vn̄ hoc sacruꝫ
vel potius sacrilegiū nomē accepit. Ubi erāt
quādo ꝑ.x.cōtinuos ānos male pugnādo cre
bras ⁊ magnas clades apud veios exercitus
romanꝰ accepat:nisi ꝑ furiū camillū tandē sub
ueniret̄:quē postea ciuitas igrata damnauit.
Ubi erant qn̄ galli romā ceperūt:spoliauerūt
īcēderūt:cedibꝰ īpleuerūt. Ubi erāt cū illa īsi/
gnis pestilētia tā īgētē stragē dedit:q̄ ⁊ ille furi
us camillus extinctus ē:q rēpublicā ingratam
⁊ a veientibꝰ ante defendit:⁊ de gallis postea
vīdicauit. Inde ī hac pestilētia scenicos ludos
aliā nouā pestē nō corporibꝰ romanoꝝ: sed qđ
ē m̄lto ꝑniciosius moribꝰ intulerūt. Ubi erant
qn̄ alia pestilētia grauis de venenis matrona/
rū exorta credita ē:q̄rū supra fidē multarum
atqꝫ nobiliū mores deprehēsi sunt omni pestilē
tia grauiores: vł qn̄ in caudinas furculas a san
nitibus obsessi:ambo cū exercitu ꝯsules fedus
cū eis fedū facere coacti sūt:ita vt equitibꝰ ro/
manis sexcētis obsidibus datis: ceteri amissis
armis alijsqꝫ spoliati priuatiqꝫ tegminibus:sub
iugū hostiū cū vestimētis singulis mitterētur.
Ubi qn̄ graui pestilētia ceteris laborātibꝰ mul
ti etiam ī exercitu ictu fulminis perierūt. Uel
qn̄ ēt inter alia itolerabilis pestilentia escula/
piū ab epidauro quasi medicū deū roma aduo
care atqꝫ adhibere ꝯpulsa ē:qm̄ regem omniū
iouē:q iā diu ī capitolio sedebat multa stupra q
bus adolescēs vacauerat:nō ꝑmiserāt forta/
se discere medicinā: vel cū cōspirantibꝰ vno tē
pore hostibꝰ:lucanis:brutijs:sannitibꝰ:etruscis
⁊ senonibus gallis primo ab eis legati perem/
pti sūt. Deīde cū pretore oppressus exercitus:
septem tribunis cū illo pereūtibꝰ:⁊ militum tre
deciꝫ milibꝰ: vł qn̄ post graues ⁊ lōgas rome se
ditiōes:qbꝰ ad vltimū plebs ianiculū hostili di/
reptiōe secesserat:cuiꝰ mali tā dira calamitas
erat: vt eiꝰ rei cā qđ ī extremis ꝑiculis fieri sole
bat ⁊ dictator crearet̄ hortēsius:q plebe reuo
cata ī eodē magistratu expirauit quod nulli di
ctatori ante contigerat:⁊ qđ illis dijs iā presen
te esculapio grauius crimē fuit. Tū ꝟo tā m̄l
ta bella vbiqꝫ crebuerūt: vt inopia militū pro/
letarij illi q eo ꝙ proli gignēde vacabāt:ob ege
statē militare nō valētes hoc nomē acceperāt:
militie cōscriberētur. Accitus etiā a tarentinis
pyrrus rex grecie tūc ingēti gl'ia celebratꝰ: ro/
manoꝝ hostis effectus ē. Cui sane de rerū futu
ro euētu cōsulēti satis vrbane apollo sic ambi/
guū oraculū edidit: vt e duobꝰ q̄cq̄d accidisset:
ipse diuinꝰ haberet̄. Ait.n. Dico te pyrrhe vīce
re posse romanos:atqꝫ ita siue pyrrhꝰ a roma/
nis siue romani a pyrrho vincerētur:securꝰ fa/
tidicꝰ vtrūlibet expectaret euētum. Que tūc ⁊
q̄ꝫ horrēda vtriusqꝫ exercitꝰ clades:ī qua tamē
supior pyrrhus extitit: vt iā posset apollinē pro
suo ītellectu p̄dicare diuinū:nisi proxime alio
prelio romani abscederent supiores:atqꝫ in tā
ta strage belloꝝ ēt pestilētia grauis exorta est
mulieꝝ. Nam priusq̄ꝫ maturos partꝰ ederent
grauide moriebātur. Ubi se credo esculapius
excusabat:ꝙ archiatrū se nō obstetricem profi
tebatur. Pecudes quoqꝫ similiter interibant:

ita vt iam defecturū genus animalium crede/
ret. Quid hyems illa cōmemorabilis tā icredi
bili imanitate seuiēs: vt niuibꝰ horrēda altitu/
dine etiā i foro p dies .xl. manētibꝰ: tyberis ꝗ/
qꝫ glacie duraret: si nr̄is tpibꝰ accidisset: ꝗ isti ⁊
qꝫta dixissent? Quid illa itidē igēs pestilentia
quādiu seuiuit: qꝫ multos pemit? Que cū i an
nū aliū mltō grauiꝰ tēderet: frustra pn̄te escu/
lapio aditū ē ad libros sibyllinos. In ꝗ genere
oraculoꝝ sicut cicero i libris de diuinatiōe cō/
memorat: magis iterp̄tibꝰ vt pn̄t siue volūt du
bia cōiectātibꝰ credi solet. Tūc ergo dictū est
versus hi sunt. Juppiter oīpotēs regū rex ipe
eusq̃. Progenitor genitrixq̃ deū deꝰ vnus ⁊
s. Exponūtur autem in eodē libro ita. Cū ma
m existimarent: qui semē emitteret: seminaq̃
ciperet: iouēq̃ esse mundū ⁊ eum oīa semina
: se emittere ⁊ in se recipe: cum causa inqt scri
it soranus. Juppiter ꝓgenitor genitrixq̃: nec
inus cum causa vnum: ⁊ omnia eundem esse.
Mundus enim vnus: ⁊ in eo vno omnia sunt.

An iani ⁊ iouis recta discretio sit. Cap. x.

QUū ergo ⁊ ianus mūdus sit: et iuppiter
mūdus sit: vnusq̄sq̃ sit mundus: quare
duo dij sūt ianꝰ ⁊ iuppiter? Quare se
sum hn̄t tēpla: seorsū aras: diuersa sacra: dis
milia simulacra? Si ꝓpterea q2 alia vis ē pri
mordioꝝ: alia causaruꝫ: ⁊ illa iani: ⁊ illa iouis no
men accepit: nunqd si vnꝰ homo ī diuersis rebꝰ
duas habeat ptātes aut duas artes: quia singu
laꝝ diuersa vis est: iō duo iudices: aut duo dn̄r
artifices? Sic ergo ⁊ vnus deꝰ: cū ipse habeat
ptātem pmordioꝝ: ipse cāʀū: nū ꝓpter hoc illū
duos deos eē necesse ē putari: q2 pmordia cau
saq̃ res due sūt? Quod si hoc iustū putāt etiaꝫ
ipm iouēꝫ tot deos esse dicant q̊tquot ei cogno
mina ꝓpter mltas ptātes dederūt: qm̄ res oēs
ex quibꝰ illa cognomina sunt adhibita multe at
diuerse sunt: ex quibus pauca commemoro:

De cognominibꝰ iouis: que nō ad mltos dōs:
sed ad vnū eūdemq̃ referuntur. Capitulū. xi.

DIxerūt euꝫ victorem: inuictū: opitulū:
impulsorem: statorē: stabilitorem: supina
lem: tigillū: alūnū: ruminū: ⁊ alia que p
re prosequi longum est. Hec auteꝫ cognomina
inposuerūt vni deo ꝓpter causas potestatesq̃
diuersas: nō tamen propter tot res etiā tot dōs
eū esse coegerūt: ꝙ oīa vinceret: ꝙ a nemine vi
ceretur: ꝙ opeꝫ idigentibꝰ ferret: ꝙ hr̄et ipellē
di: statuendi: stabiliēdi: resupināḋi ptātē: ꝙ tāq̃
tigillus mundū cōtineret ac sustinerꝫ: ꝙ aleret
omnia: ꝙ ruma idest māma aleret aīalia. Jn his vt
aduertimꝰ quedaꝫ magna sūt: quedā exigua: ⁊
tñ vnus vtraq̃ facere ꝑhibet̄. Puto iter se ꝓ
pinqora esse causas reruꝫ atq̃ pmordia: ꝓpter
quas res vnū mūdum duos deos eē voluerūt:
iouēꝫ atq̃ ianū: queꝫ cōtinere mūdū: et māmaꝫ
dare aīalibꝰ: nec tñ ꝓpter hec duo opa taꝫ lōge
inter se vi ⁊ dignitate diuersa duo dij eē cōpulsi
sunt: sed vnꝰ iuppiter: ꝓpter illud tigillus: ꝓpt
hoc ruminus appellatꝰ est. Nolo dicere ꝙ aīali
bus māmaꝫ prebere sugentibꝰ magis iunonem
potuit dicere q̃ iouem: psertim cū esset etiaꝫ di
ua rumina: que in hoc opus adiutoriū illi famu
latiūue pberet. Cogito. n. posse respōderi: ⁊ ipaꝫ
iunonē nihil aliud esse q̃ iouē: secūdū illos vale
rij sorani ꝟsus: vbi dictū ē. Juppit̄ oīpotens re
gū rex ipse deusq̃. Progenitor genitrixq̃ deū
Quare ergo dictus ē ⁊ ruminꝰ: cū diligētiꝰ for
tasse q̄rentibꝰ ipse inueniat̄ esse etiā illa diua ru
mina? Si eni maiestate deorū recte videbat̄ in
dignū: vt in vna spica alter ad curā geniculi: al
ter ad folliculi ptineret: q̃to est idignius vnā rē
infimā. i. vt māmis alant̄ aīalia: duoꝝ deorum
ptātes curare: quoꝝ sit vnus iuppit̄ rex ipse cū
ctoꝝ: ⁊ hoc agat nō saltē cū ɔiuge sua: sꝫ cū igno
bili nescio q̄ rumina: nisi q2 ipe est etiā ipa rumi
na: ipe ruminus? Ruminus fortasse pro sugen
tibꝰ maribꝰ: rumīa ꝓ feminis. Dicere qppe vo
luissem illos ioui femininū nomē iponere: nisi ⁊
in illis ꝟsibus. Progenitor genitrixq̃ diceret̄:
⁊ inter alia eiꝰ coguomina legerem ꝙ etiaꝫ pe
cunia vocaret̄: quā deā iter illos miniscularios
inuenimus: vt in quarto libro iam commemora
uimus. Sed cum ⁊ mares ⁊ femine habeāt pe
cuniam: cur non ⁊ pecunia ⁊ pecunius appella
tus sit: sicut rumina ⁊ ruminus ipsi viderint.

Quod iuppiter etiā pecūia nūcupat̄. Ca. xij.

QUā ꝟo elegāter rōneꝫ huiꝰ nois reddi
derūt: ⁊ pecūia iquiūt vocat̄ ꝙ eiꝰ sint
oīa. O magnā rōneꝫ diui nois: imo ꝟo
ille cuiꝰ sūt oīa vilissime ⁊ ɔtumeliosissime pecu
nia nūcupat̄. At oīa iouis sūt q̄ celo ⁊ t̄ra ɔtinē
tur iter q̄ ⁊ ipa pecūia ī oībꝰ oīo rebꝰ q̄ ab hoībꝰ
noīe pecūie possidēt̄. Sꝫ nimiꝝ hoc auaricia io
ui nomē iposuit: vt q̄sq̄s amat pecuniā: nō quēlꝫ
deū sꝫ ipꝫ regē oīum sibi amare videat̄. Lōge
aūt aliḋ eēt: si diuitie vocaret̄. Aliḋ nāq̃ sūt di
uitie aliḋ pecūia. Nā dicimꝰ diuites: sapientes:
iustos: bonos: qbꝰ pecūia vł nulla est vł parua.
Magis. n. sūt ꝟtutibꝰ diuites: p q̄s eis ēt ī ipsis
corpaliū reꝝ nec̄citatibꝰ sat ē qḋ adest. paupes
ꝟo auaros dicimꝰ sp ihiātes ⁊ egētes. Quātūli
bet. n. magnas pecūias hr̄e pn̄t: sꝫ ī eaꝝ q̃tacun
q̃ abundantia nō egere nō possunt. Et deū ipꝫ
verum recte dicimus diuitem: nō tamē pecūia
sed omnipotentia. Dicuntur itaq̃ ⁊ diuites pe
cuniosi: sed interius egeni si cupidi. Jtem dicū
tur pauperes pecunia carentes: sed interius di
uites si sapiētes. Qualꝫ ergo ista theologia ḋbet
eē sapiēti: vbi rex dōꝝ eiꝰ rei nomē accepit quā

nemo sapiēs ꝯcupiuit? Quāto.n.faciliꝰ si aliqd hac doctrina qđ ad vitam ꝑtineret eťnā salubri ter dissereret: ꝗs mundi rector nō ab eis pecu-nia sed sapiētia vocareť: cuiꝰ amor purgat a sor dibus auaricie: hoc est ab amore pecunie.

¶ Quod duz exponitur quid saturnꝰ: qđue sit ianus: vterq̃ vnꝰ iuppiter esse doceať. Ca.xiij.

S Ed qd de hoc ioue plura: ad quē fortas se ceťi referendi sūt: vt inanis remane-at deoꝝ opinio plurimoꝝ: cū hic ipē sit oēs: siue quando partes eiꝰ vel ptātes existimā tur: siue cū vis aīe quaz putant p cūcta diffusā ex partibꝰ mollis huiꝰ: ī quas visibilis mundus iste cōsurgit: ⁊ multiplici administratiōe nature q̄si pluriū deoꝝ noīa accepit. Quid ē.n.⁊ satur nꝰ? Unꝰ inqt de ꝑncipibꝰ deꝰ: penes quē satio-nū oīum dn̄atus est. Nōne expositio vsuū illo-rū valerij sorani sic se habet: iouez esse mūdū et eū oīa semina ex se emittere ⁊ in se recipe? Ipe est igiť penes quē sationū oīuz dn̄atus ē. Quid est geniꝰ? Deꝰ est inqt qui ꝑpositus est: ac viz ha bet oīum reꝝ gignēdaꝝ. Quez aliū hanc vi hr̄e credūt q̃ mūdū: cui dictū ē. Iuppiter oīpotēs ꝓgēitor genitrixq̃: Et cū alio loco geniū dicit esse vniuscuiusq̃ aīuz rōnalez: ⁊ iō esse singl'os singuloꝝ: talez aūt mūdi aīum deuz esse ad hoc idez vtiq̃ reuocat: vt tanq̃ vniuersalis genius ipē mūdi animꝰ esse credať. Hic est igiť quez ap pellant iouez. Naz si oīa geniꝰ deꝰ: ⁊ oīs viri ani mꝰ geniꝰ: seqť vt sit oīs viri animꝰ deꝰ. Qđ si ⁊ ipsos abhorrere absurditas ipsa cōpellit: restat vt eum singulariter et excellenter dicant deuz geniū: quez dn̄t mūdi animuz: ac per hoc iouez.

¶ De mercurij ⁊ martis officijs. Capitulū.xiiij.

M Ercuriū vo ⁊ martez quō referrēt ad aliquas ꝑtes mūdi: ⁊ opa dei q̄ sūt ī ele mētis nō īuenerūt: ⁊ iō cos saltez opibꝰ hoīum ꝑposuerūt sermocinandi ⁊ belligerandi ministros. Quoꝝ mercuriꝰ si sermōis ēt deoꝝ ptātez gerit: ipsi quoq̃ regi deoꝝ dn̄ať: si secū-dū eius arbitriū iuppiter loqť: aut loquēdi ab il lo accipit facultatez: quod vtiq̃ absurdū ē. Si aūt illi hūani tm̄ ꝟmōis ptās tributa ꝓhibeť: nō est credibile ad lactandos māma n̄ solū pueros sz ēt pecora: vn̄ ruminꝰ cognominatꝰ est: iouem descendē voluisse: ⁊ curaz nr̄i ꝟmōis q̄ pecoribꝰ antecellimꝰ ad se ꝑtinere noluisse: ac ꝑ hoc idez ipse est iouis atq̃ mercuriꝰ. Qđ si sermo ipē di-ciť esse mercuriꝰ: sicut illa que de eo interꝑtan tur ostēdūt. Naz ideo mercuriꝰ quasi mediꝰ cur-rens diciť appellatꝰ: ꝙ sermo currat iter hoīes mediꝰ. Iō hermes grece qđ ꝟmo vl' interꝑtatio q̄ vtiq̃ ad sermonez ꝑtinet hermenia dr̄: ideo ⁊ mercibꝰ ꝑesse: q2 iter vendētes ⁊ ementes ꝟmo fit mediꝰ: iō alas ei ī capite ⁊ pedibꝰ posuūt: volē tes significare volucrez ferri ꝑ aera ꝟmonē: iō nūciū dictū: quoniā ꝑ ꝟmonez oīa cogitata enū cianť. Si ergo mercuriꝰ ipē ꝟmo est: etiam ipsis ꝯfitentibꝰ deꝰ nō est: sz cū sibi deos faciunt eos q nec demones sūt: īmūdis supplicando spiriti-bꝰ possidenť ab eis: q nō dij sz demōes sūt. Itē q2 nec marti aliqđ elementū vel partez mūdi in uenire potuerūt: vbi ageret opa q̄liacūq̃ natu re: deū belli eē dixerūt: qđ opꝰ est hoīuz ⁊ opta bile eis nō ē. Si ergo pacē ꝑpetuaz felicitas da ret: mars qd ageret nō hr̄et. Si aūt ipm̄ belluz mars est sicut sermo mercurius: vtinam q̃ ma nifestum est ꝙ non sit deus: tam non sit ⁊ bellū: quod vel falso vocetur deus.

¶ De stellis quibusdam: quas pagani deorū su orum noībus nuncuparunt. Capitulū.xv.

N Isi forte ille stelle sunt hi dij quas eorū appellauere noībꝰ. Naz stellaz quādā vocant mercuriū: q̄ndaz itidē martez. Sed ibi est ⁊ illa quaz vocant iouē: tametsi mū dus est iouis. Ibi quaz vocant saturnū: ⁊ tamē ei ꝑter eā dant n̄ ꝑuam ꝟbam: omnium uidelicet seminū. Ibi ē ⁊ illa omniū clarissima q̄ ab eis ap pellať venꝰ: ⁊ tn̄ eandē venerē esse etiaz lunaz volūt. Quāuis de illo fulgētissimo sydere apđ eos tanq̃ de malo aureo iuno venusq̃ ꝯtēdāt. Luciferū eni qdā veneris: qdā dicūt eē iūonis. sed vt solet venꝰ iunonē vicit. Nā ml'to plures eā stellaz veneri tribuūt: ita vt vix eoꝝ qsq̃ re-piať q aliud opineť. Quis aūt nō rideat cuz re-gem oīum dicāt iouez: ꝙ stella eiꝰ a stella vene-ris tāta viciť claritate? Tanto.n.esse debuit ce teris illa fulgētior: q̃to est ipē potētior. Rn̄dēt iō sic videri: q2 illa que putať obscurior supiorē: atq̃ a ťris lōge remotior. Si ergo supiorē locū maior dignitas meruit: quare saturnꝰ ibi ē ioue supior? An vanitas fabule q̄ regē iouē facit nō potuit vsq̃ ad sydera ꝑuenire: ⁊ ꝙ nō valuit sa turnus in regno suo neq̃ ī capitolio: saltē est ꝑ-missus obtinere ī celo? Quare aūt ianꝰ nō acce pit aliquā stellaz: si ꝓpterea q2 mūdus ē: ⁊ oēs ī illo sūt ⁊ iouis mūdus est: ⁊ hēt tn̄? An iste cāz su am ꝯposuit vt potuit: ⁊ ꝓ vna stella quā nō hēt inť sydera tot facies accepit ī terra? Deide si ꝓ-pter solas stellas mercuriū ⁊ martē partes mū-

di putant: vt eos deos habere possint: quia vti
q sermo ꝛ bellū nō sūt partes mundi: sed act⁹
hominum. Cur arieti ꝛ tauro ꝛ cācro ꝛ scorpio/
ni: ceterisq huiusmodi que celestia signa nume
rant: ꝛ stellis nō singulis sed ꝛ singula pluribus
cōstat: superiusq istis i summo celo phibēt col/
locata: vbi cōstātioꝛ mot⁹ i errabilem meatum
syderib⁹ prebet: nullas aras: nulla sacra: nulla
templa fecerūt: nec deos nō dico iter hos sele/
ctos: sꝫ nec int̄ illos qdē q̄si plebeios habuerūt?

¶ De apolline ꝛ diana ceterisq selectis dijs: q̊s
ptes mundi esse voluerunt. Capl̄m. xvi.

Apollinē q̄uis diuinatorem ꝛ medicū
velit: tñ vt i aliqua pte mūdi statuerēt
ipsū ēt solē eē dixerūt: dianamq ger
manā ei⁹ similit̄ lunā: ꝛ vijs presidere: vñ ꝛ vir/
ginē volūt: q via nihil pariat: ꝛ ideo ambos sa/
gittas habere: q ipsa duo sydera de celo radi/
os vsq terras pertēdant. Uulcanum volunt
ignem mūdi: neptunū aquas mūdi: ditē patrē
hoc ē orcū terrenā ꝛ infimā partē mūdi: liberꝝ
ꝛ cererē preponūt seminib⁹: vel illū masculinis
illā femininis: vel illū liquori: illam vero aridita/
ti feminū. Et hoc vtiq totū refert̄ ad mūdum
idest ad iouē: qui propterea dictus est progeni/
toꝛ genitrixq: q oia semina ex se emitteret: ꝛ i
se reciperet: Quādoqdē ēt matrē magnā ean
dē cererē volūt: quā nihil aliud dicūt eē q̄ ter
rā: eāq phibēt ꝛ iunonē. Et iō ei secundas cās
tribuūt rerꝝ: cū tamē ioui sit dictū progenitoꝛ
genitrixq deū: qꝛ secūdū eos tot⁹ iste mūdus
ē iouis. Mineruā ēt qꝛ eam humanis artibus
preposuerūt: nec iuenerūt vel stellā vbi eā po
nerent: eādē vel sūmū ethera vel etiā lunā eē
dixerūt. Uestā quoq ipsam propterea dearū
maximam putauerunt: q ipa sit terra: quāuis
ignē mūdi leuiorē q pertineat ad vsus hominū
facilē nō violētiorem qualis vulcani ē: ei depu
tādū eē crediderunt. Ac per hoc oēs istos sele/
ctos deos hunc eē mūdū volūt: in quibusdam
vniuersū: in quibusdā partes ei⁹: vniuersum si
cut iouē: partes ei⁹ vt geniū: vt matrē magnā
vt solē: vt lunā: vel potius apollinē ꝛ dianam.
Et aliquādo vnū deū res plures: aliqñ vnā rē
deos plures faciūt. Nā vnus de⁹ res plures
sunt: sicut ipe iuppiter. Et mūdus. n. totus iup/
piter: ꝛ solū celū iuppiter ꝛ sola stella iuppit̄ ha/
betur ꝛ dicitur. Itēq iuno secūdarū causarū
dña: ꝛ iuno aer: ꝛ iuno terra: ꝛ si venerē vince/
ret iuno stella similiter. Minerua summ⁹ ether
ꝛ minerua itidē luna: quā eē in etheris infimo
limite existimāt. Unā vo rem deos plures ita
faciūt. Et ianus ē mūdus ꝛ iuppiter. Sic ꝛ iu/
no ē terra: ꝛ mat̄ magna ꝛ ceres. Et sicut hec q̄
exēpli grā cōmemoraui: ita ꝛ cetera non expli/
cāt: sꝫ poti⁹ implicāt. Sicut ipet⁹ errabūde opi
nionis ipulerit ita huc atq illuc: hic atq illic in/
siliūt ꝛ resiliūt: vt ipse varro de oibus dubitare
q̄ aliquid affirmare maluerit.

¶ Quod etiam ipse Uarro opiniones suas de
dijs pronūciauerit ambiguas. Caplꝫ xvij.

Nam vt triū extremorū primā de dijs
certis absoluisset librꝝ: in altero de di/
is incertis dicere ingressus ait: cum in
hoc libello dubias de dijs opiniones posuero:
reprehēdi non debeo. Qui. n. putauit iudicari
oportere ꝛ posse: cū audierit faciet ipse. Ego ci
ti⁹ pduci possū vt i pmo libro q̄ dixi in dubitati
onē reuocē: q̄ i hoc q̄ pscribā oia ad aliq dirí/
gā sūmā. Ita nō solū istū de dijs icertis: sꝫ etiā
illū de certis fecit icertū. In t̄tio porro isto de
dijs selectis postea q̄ plocut⁹ ē: q ex nāli theo/
logia ploquēdū putauit: igressurus huius ciui
lis theologie vanitates ꝛ insanias mendaces:
vbi eū nō solū nō ducebat rerꝝ vitas: sꝫ ēt maio
rū pmebat auctoritas: de dijs inqt ppl̄i romani
publicis qb⁹ edes dedicauerūt: eosq plurib⁹ si/
gnis ornatos notauerūt: i hoc libro scribā. Sꝫ
vt xenophāes colophoni⁹ scribit: qd putē non
qd cōtēdā ponā. hois. n. ē hec opinari: dei scire.
Rerꝝ igit̄ nō cphēsarꝝ nec firmissime creditarꝝ
sꝫ opinatarꝝ ꝛ dubitādarꝝ smonē trepidus pol/
licet̄: dictur⁹ ea q̄ ab hoib⁹ istituta sūt. Neq eni
sicut sciebat eē mūdū eē celū ꝛ terrā: celū syde
rib⁹ fulgidū: terrā seminib⁹ fertilē: atq huius/
modi cet̄a: sicut hāc totā molē atq naturā vi
q̄dā iuisibili atq ppotēti regi atq ministrari cer/
ta animi stabilitate credebat: ita poterat affir/
mare de iano q mūdus ipe eēt: aut de saturno
iuenire quō ꝛ iouis pat̄ eēt: ꝛ ioui regnāti sub/
ditus factus esset ꝛ cetera talia.

¶ Que credibilioꝛ causa sit: qua erroꝛ pagani/
tatis inoluerit. Capitulum xviij.

Ecqb⁹ credibilioꝛ reddit̄ rō cū ph. bent̄
hoies fuisse: ꝛ vnicuiq eorꝝ ab his acti
bus: casib⁹: morib⁹: quos i vita duxe/
rūt: vl̄ vituperiū: vl̄ laudē vl̄ nobilitatem: vel
ignominiā vl̄ cognomē accessisse: vel nomē ex
eorꝝ ingenio q eos adulādo deos eē voluerunt
atq hec paulatim p aias hominū demonib⁹ si/

mi̅les ⁊ ludicrarꝝ rerꝝ auidas irrepēdo longe la
teq̄ʒ vulgarūt. ornantibꝰ ea mēdacijs poetarū
⁊ ad ea fallacibus spiritibꝰ seducētibꝰ. Facilꝰ
eniʒ fieri potuit: vt iuuenis ipius vel ab impio
patre īterfici metuēs: ⁊ auidus regni patrē pel
leret regno: q̄ʒ id qđ iste interp̄tatur: ideo satur
nū patrē a ioue filio sup̱atū: ꝙ ante sit eiꝰ cā q̄ p
tinet ad iouē: q̄ʒ semen qđ pertinet ad saturnuʒ
Si. n. hoc ita eēt nunq̄ʒ saturnꝰ p̄or fuisset: nec
pat̄ iouis eēt. Sēp. n. semē cā p̄cedit: nec vnq̄ʒ
generat̄ ex semine. Sʒ cū conātur vanissimas
fabulas: siue hominū res gestas velut natura/
libus interpretationibus honorare: etiā homi/
nes acutissimi tātas patiūtur angustias: vt eo/
rū quoq̄ʒ vanitatem dolere cogamur.

De intp̄tatiōibꝰ qbꝰ colēdi sat̄ni rōcināt̄. ca. xix

Saturnū inquit dixerūt q̄ nata ex eo es
sent solitū deuorare: eo ꝙ semina vn̄
nascerent̄ redirēt. Et ꝙ illi ꝓ ioue gle/
ba obiecta ē deuorāda: significat inqt manibus
humanis obrui ceptas serendo fruges: anteq̄ʒ
vtilitas arādi eēt inuēta. Saturnꝰ ergo dici de
buit ipsa terra nō semina. Ipsa. n. q̊dāmō deuo
rat q̄ genuerit: cū ex ea nata semina i eā rursus
recipiēda redierit. Et ꝙ pro ioue accepisse dici
tur glebā: qd hoc ad id valet: ꝙ manibus homi
nū semē gleba cooptū ē? Nūqd iō nō ē vt cetā
d̄uoratū ꝙ q̄si gleba cooptū ē? Ita. n. hoc dictū
ē: q̄si q glebā opposuit semē abstulit: sic saturno
ꝓhibēt oblata gleba ablatū iouē: ac n̄ potiꝰ gle/
ba semē opiēdo fecerit illud diligētiꝰ deuorari
Deide isto mō semē ē iuppit̄: nō semis cā quod
paulo āte dicebat̄. Sʒ qd faciāt hoies: q cum
res stultas iterp̄tātur: nō iueniūt qđ sapiēter di
cāt? Falcē hʒ inqt ꝓpt̄ agriculturā. Certe illo
regnāte nōdū erat agricultura: ⁊ iō p̄ora eiꝰ tē/
pora ꝓhibēt̄: sicut idem ipse fabellas interp̄tat̄
qꝛ p̄mi hoies ex his viuebāt seminibus: q̄ terra
spōte gignebat. An falcē sceptro ꝑdito accepit
vt q p̄mis tpibꝰ rex fuerat ociosus: filio regnā
te fieret opariꝰ laboriosus? Deide iō dicit qui
busdā pueros ei solitos īmolari: sicut a penis ⁊
a qbusdā etiā maiores sicut a gallis: qꝛ oīuʒ se/
minū optimū ē genꝰ humanū. De hac crudelis/
sima vanitate qd opus ē plura dicere? Hoc po
tiꝰ aduertamꝰ atq̄ʒ teneamꝰ: has iterp̄tationes
nō referri ad verꝝ deū: viuā incorporeā: icōmu
tabileq̄ʒ naturā: a quo vita i eternū beata po/
scēda ē: sʒ earꝝ eē fines i rebꝰ corpalibꝰ: tēpora/
ibꝰ mutabilibꝰ: atq̄ʒ mortalibus. Qđ celū inqt
patrē saturnꝰ castrasse in fabulis dicit̄: hoc si/
gnificat penes saturnū nō penes celū semē eē
diuinū. Hoc ꝓpterea quātū itelligi dat̄: qꝛ ni
hil i celo de seminibꝰ nascit̄. Sʒ ecce saturnus
si celi ē filiꝰ: iouis ē filiꝰ. Celū. n. eē iouē innume/
rabilit̄ ⁊ diligenter affirmant. Ita ista que a ỽi
tate nō veniūt: plerūq̄ʒ ⁊ nullo implente seip̄a
subuertūt. Cronō appellatū dicit: ꝙ greco vo
cabulo significat tēporis spaciū: sine q̄ semē in
quit nō p̄ot eē fecundū. Hec ⁊ alia de saturno
multa dn̄r: ⁊ ad semē oīa referūtur. Sed saltē
saturnꝰ seminibꝰ cū tāta ista ꝑtāte sufficere: qd
ad hec dij alij reqrūtur: maxime liber ⁊ libera q̄
ē ceres? De quibꝰ rursus ꝙ ad semē attinet tā
ta dicit quasi de saturno nihil dixerit.

¶ De sacris cereris eleusine. Cap. xx.

In cereris aūt sacris p̄dicāt̄ illa eleusi
na: q̄ apud atheniēses nobilissima fue
rūt. De qbꝰ iste nihil iterp̄tat̄: nisi quod
attinet ad frumētū qđ ceres inuenit: ⁊ ad pro/
serpinā quā rapiēte orco ꝑdidit. Et hanc ipsaʒ
dicit significare fecūditatē seminū. Que cū de
fuisset quodā tp̄e eadēq̄ʒ sterilitate terra mere
ret: exortā eē opinionē ꝙ filiā cereris. i. ipsam
fecūditatē que a ꝓserpēdo ꝓserpina dicta eēt
orcꝰ abstulerat: ⁊ apud iferos d̄tinuerat. Que
res cū fuisset luctu publico celebrata: qꝛ rur/
sus eadē fecūditas redijt ꝓserpina reddita ex/
ortā eē letitiā: ⁊ ex hoc ei solēnia istituta. Dicit
deide multa in mysterijs eius tradi: que nisi ad
frugū inuentionem nō pertineant.

¶ De turpitudīe sacrorꝝ q̄ libo celebrāt̄. ca. xxi

Iam ỽo liberi sacra: quē liqdis femini/
bus: ac ꝑ hoc nō solū liquoribꝰ fructu/
uʒ quorꝝ q̊dāmō p̄matū vinum tenet:
verū ēt seminibꝰ aīaliū p̄fecerūt: ad quātā tur
pitudinē ꝑuenerint: piget qdē dicere ꝓpt̄ s̄mo
nis lōgitudinem: sed ꝓpt̄ superbā istorꝝ hebetu
dinē nō piget. Inter cetera q̄ p̄termittere qm̄
mlta sūt cogor: i italie ↄpitis quedā dicit sacra
liberi celebrata cū tāta licētia turpitudinis vt
i eiꝰ honorē pudenda virilia colerentur: nō sal/
tē aliquantum verecūdiore secreto: sed in pro/
patulo exultante nequitia. Nam hoc tempo/
re membruʒ liberi per dies festos cum honore
magno pro stellis impositum prius per rura in
compitis: ⁊ vsq̄ʒ in vrbem postea vectabat̄. In
oppido aūt lauinio vnꝰ libero totus mensis tri/
buebatur: cuius diebus oēs ỽbis flagitiosissi/
mis vtebātur: donec illud membꝝ per forum

transuectum eēt: atq̧ i loco suo quiesceret. Cui
mēbro inhonesto matrē familias honestissimaz
palā coronā necesse erat imponere. Sic videli/
cet liber deus placādus fuerat ꝓ euentibus se
minū: sic ab agris fascinatio repellenda: vt ma/
trona facere cogeret̃ i publico: quod nec mere
trix si matrone spectarēt pmitti d̃buit i theatro
ꝓpter hoc saturnus solus credit⁹ ē nō sufficere
posse seminibus: vt occasiones multiplicādorū
deorū imunda anima reperiret: ⁊ ab vno vero
deo merito imūditie destituta: ac per m̃ltos fal
sos auiditate maioris imūditie ꝓstituta: ista sa/
crilegia sacra noīaret: seseq̧ spurcoꝝ demonū
turbis cōuiolādā polluendamq̧ preberet.

¶ De neptuno ⁊ salatia: ac venilia. Caplm̃. xxij.

IAm vtiq̧ habebat salatiam neptunus
vxorē: quaz inferiorē aquā maris esse
dixerūt: vt quid illi adiūcta est ⁊ veni/
lia: nisi vt sine vlla causa necessarioꝝ sacrorūz:
sola libidine aīe ꝓstitute multiplicaret̃ iuitatio
demonioꝝ? Sed ꝓferatur iterp̃tatio preclare
theologie: q̄ nos ab ista rep̃hensione reddita ra
tione ꝯpescat. Uenilia inq̃t vnda est q̄ ad littus
venit. Salatia que in saluz redit. Cur ergo dee
fiunt due: cum sit vna vnda que venit ⁊ redit?
Nempe ip̃a ē exestuās in multa numina libido
vesana. Quāuis eni aqua nō geminetur que it
⁊ redit: huius tamē occasione vanitatis duob⁹
demonijs inuitatis: āplius aīa ꝯmaculatur: que
it ⁊ nō redit. Queso te varro: vel vos q̧ tam do
ctorum hominuz talia scripta legistis; ⁊ aliquid
magnū vos didicisse iactatis: interpretamini h̃
nolo dicere scd̃m illā eternā incōmutabilemq̧
naturam: que solus est deus: sed saltem secun/
dum animam mundi ⁊ partes eius: quos deos
veros esse existimatis: Partē aīe mundi ⁊ que
mare pmeat deū vobis fecisse Neptunū: vtcū
q̧ tolerabilioris est erroris: Ita ne vnda ad litt⁹
veniēs ⁊ in salum rediēs: due sunt partes mun
di: aut due partes aīe mundi? Quis vestruz ita
desipiat: vt hoc sapiat? Cur g̊ vobis duas deas
fecerunt: nisi q̧ꝛ ꝓuisum ē a sapientibus maiori
bus vestris: non vt dij plures vos regerēt: sed
vt ea q̄ istis vanitatib⁹ ⁊ falsitatib⁹ gaudēt: plu/
ra vos demonia possiderēt. Cur aūt illa salatia
per hāc iterpretationē iferiorē maris partez q̄
viro erat subdita pdidit? Nāq̧ illā modo cū re
fluētē fluctum esse phibetis: in superficie posui
stis. An q̧ꝛ veniliā pellicē accepit irata suū ma/
ritum de supernis maris exclusit?

¶ De t̃ra quā varro deā eē cōfirmat: eo q̧ ille
aius mūdi quē opinat̃ deū: et hāc corporis sui i
fimā p̃tē pmeet: eiq̧ viz diuinā ip̃tiat. Ca. xxiij.

NEmpe vna est terra: quā quidē plenaz
videm⁹ aīalibus suis. Uerūtamē ipsūz
magnū corpus in elemētis: mūdiq̧ ifi
mā partē: cur eaz volunt deā? an q̧ꝛ fecūda ē?
Cur ergo nō magis hoīes dij sunt: q̧ eam fecun
diorē faciūt excolēdo: sed cū arant non cū ado/
rant? Sed pars anime mūdi inquint que p illaz
pmeat: deam illaz facit. Quasi nō euidētior sit
in hoībus anima que vtruz sit nulla fit questio.
⁊ tn̄ hoīes dij nō habent̃. Et q̄d est grauiter do/
lendū: his q̧ dij nō sūt ⁊ quib⁹ ipsi meliores sūt:
colēdis ⁊ adorādis mirabili et miserabili errore
subdūtur. Et certe idez varro in eodē libro de
dijs selectis: tres eē affirmat anime gradus in
omni vniuersaq̧ natura. Unū q̧ oēs partes cor
poris q̄ viuūt trāsit: ⁊ n̄ hn̄t sēsū: sz tm̄ ad viuen/
dū valitudinē. Hāc viz i nr̄o corpore pmanere
dicit i ossib⁹: vnguib⁹ ⁊ capillis: sicut i mūdo ar/
bores q̄ sine sēsu alunt̃ ⁊ crescūt: ⁊ modo q̊dam
suo viuūt. Secūdū gradū aīe dicit: i quo sensus
ē. Hanc viz ꝑuenire i oculos: aures: nares: os:
tactū: Tertiū gradū aīe esse sūmū q̧ vocat̃ ani
mus: i quo itelligētia p̃eminet: h̃ ꝓpter hoīez oēs
carere mortales: i q̄ q̧m̄ hoīes deo vidētur eē si
miles: hāc partē aīe mūdi dicit deū: deū aūt in
nobis Geniū vocari. Si ergo ⁊ i aīa mūdi tres
gradus istituēs: vnā partez ei⁹ lapides eē dicit
ac ligna: ⁊ hāc t̃rā quā videm⁹: q̄ nō pmanat
sensus. Aliā ṽo quā sēsū vocat eius vt ethera.
Tertiā porro quā ⁊ aīam ei⁹ nūcupat: q̄. s. ꝑue/
nit i astra: eā q̊z asserit facere deos: ⁊ p eā q̄n in
t̃rā pmanat deā tellurē. Q̄d aūt ide pmanat in
mare atq̧ oceanū: deū eē neptunū: redeat g̊ ab
hac quā theologiā naturalē putat: q̊ velut reg/
escēdi cā ab his āhagib⁹ atq̧ āfractib⁹ fatigat⁹
postq̧ egressus ē. Redeat iquā redeat ad ciui/
lē: hic eī adhuc teneo: tātisp de hac ago. Nōdū
dico si t̃ra ⁊ lapides nr̄is sūt ossib⁹ ⁊ vnguib⁹ si/
miles simil̃r eos itelligētiā nō hr̄e: sicut sēsu ca/
rēt. Aut si idcirco hr̄e dnr̄ ossa ⁊ vngues nr̄i itel
ligētiā: q̧ꝛ i hoīe sūt q̧ hz itelligētiā: taz stult⁹ ē q̧
hos deos i mūdo dicit: q̧ stult⁹ ē q̧ i nobis ossa ⁊
vngues hoīes dic̃. Sz h̃ cū philosophis fortas/
sis agēda sūt: nūc āt istū adhuc politicum volo.
Fieri eni pōt: vt lz i illā naturalis theologie ve/
luti libertatē caput erigere paululū voluisse vi
deat̃: adhuc tn̄ hūc librū ṽsās: ⁊ se i illo versari

15

cogitans:eum etiam inde respexit:7 hoc ꝓpte
rea dixerit:ne maiores eius siue alie ciuitates:
tellurē atq3 neptunum coluisse ianiter credan-
tur. S3 hoc dico:pars animi mūdani q̄ p terra3
pmeat.sicut vna est terra: cur etiā nō vnā deā
fecit:qua3 dicit esse tellurē? Qđ si ita fecit:vbi
erit orcus frater iouis atq3 neptuni: quē ditem
patrē vocāt? Ubi eius coniunx ꝓserpina:q̄ secū-
du3 aliā in eisdē libris positā opinionē non terre
fecunditas:sed pars inferior phibet: Qđ si dicūt
animi mūdani partē cū pmeat terre partē supi-
ore3 dite3 patrē facere deū: cū vero īferiorem
ꝓserpinam dea3:tellus illa qđ erit? Ita eni3 to
tu3 qđ ipsa erat in duas istas partes deosq3 di-
uisum ē: vt ipsa tertia q̄ sit aut vbi sit īueniri nō
possit:nisi qs dicat simul istos deos orcum atq3
ꝓserpinā vnā dea3 esse tellure3: 7 nō eē iā tres
s3 vt vna3 aut duos. Et tū tres dicūr:tres hn̄tur:
tres colunt:aris suis:delubris suis:sacris suis:
simulacris suis:sacerdotib9 suis:7 p hec etiā fal
lacibus ꝓstituta3 aiam costuprātibus demoni-
bus suis. Adhuc rn̄deat quā partē terre pmeet
pars mūdani animi: vt deū faciat telluione3.
Nō inqt:sed vna eadēq3 terra h3 geminam vi3
7 masculina ꝗ semina pducat:7 femina3 ꝗ re-
cipiat atq3 nutriat:inde a vi femine dictam esse
tellurē a masculi telluionem. Cur ergo pōtifi
ces vt ipse indicat:additis q̄3 alijs duobus: qua
tuor dijs faciunt rem diuinā:telluri:telluioni:
altori:rusori? De tellure 7 teluione iā dictū ē.
Altori q̄re? ꝗ ex terra inqt alunt oia q̄ nata sunt.
Rusori q̄re? ꝗ rursus iqt cūcta eođ reuoluūt.

¶ De telluris cognominib9 eorūq3 significatio-
nib9:q̄ etiā si nō erāt multaꝝ reꝝ iudices nō de
buerāt mltoꝝ deoꝝ firmare opiones. Ca.xxiiij.

D Ebuit ergo vna terra ꝓpter ista3 qua
tergeminā vi3 q̄tuor habere cognomi-
na nō quatuor facere deos:sicut tot co
gnominib9 vnus iuppiter:7 tot cognominibus
vna iuno:in qbus oib9 vis multiplex eē dicitur
ad vnu3 deū vel ad vnā deā ptinēs:non multi
tudo cognominū deoꝝ etiā multitudinē faciēs
Sed ꝓfecto sicut aliquādo etiā ipas vilissimas
feminas earū quas libidine q̄siuerunt tedet pe
nitetq3 turbaru3:sic aiam vilē factā 7 immūdis
spiritib9 ꝓstituta3: deos sibi multiplicare :qbus
cōtamināda ꝓsterneret:sicut plurimum libuit
sic aliquādo 7 piguit. Nam et ipse varro q̄si de
ipsa turba verecūdatus: vnā dea3 vult esse tel
lurem. Eandem inqt dicūt matre3 magnam: ꝗ
tympanum habeat significari esse orbem terre:
ꝗ turris in capite oppida: ꝗ sedes fingant cir-
ca ea3:cū omnia moueant ipsam non moueri.
Quod galos huic dee vt seruirēt fecerūt:signi
ficat eos qui semine indigeant terra3 seq opor-
tere:in ea quippe omnia reperiri. Quod se apđ
eam iactāt:precipitur inquit qui terra3 colunt
ne sedeant:semper enim eē quod agant. Cym-
balorū sonitus ferramentorū ritus iactandoꝝ
ac manuu3:7 eius rei crepitus in colendo agro
qui fit: significat ꝗ ferramenta illa erant ideo
ex ere: ꝗ ea3 antiqui colebāt ere anteq̄3 ferru3
esset inuētum. Leonem iquit adiūgit solutum
atq3 mansuetum: vt ostēdāt esse nullum genus
terre tam remotu3 ac vehemēter ferum:quod
non subijci coliq3 conueniat. Deinde adiūgit et
dicit:tellurē matrē 7 noibus pluribus 7 cogno
minibus quod nominatur: deos existimatos eē
q̄3 plures. Tellurē inquit putāt esse opē ꝗ ope
fiat melior:matre3 ꝗ plurima pariat: magna3
ꝗ cibum pariat: ꝓserpina3 ꝗ ex ea proserpant
fruges: vestā ꝗ vestiatur herbis. Sic alias 7 e-
as inqt non absurde ad hanc reuocāt. Si ergo
vna dea est:que quidē cōsulta veritate nec ipa
est interim: quia diuiditur ī multas. Unius sint
ista multa noia:nō tam dee multe q̄3 noia. Sed
errantium maioꝝ auctoritas deprimit: 7 eūdē
varronem post hāc sententia3 trepidare cōpel-
lit. Adiungit eni 7 dicit:cū quibus opinio maio
rum de his deabus ꝗ plures eas putarūt esse
nō pugnat. Quo nō pugnat:cu3 valde aliud sit
vnam deam noia habere multa:aliud esse đas
multas? Sed potest inquit fieri: vt eadē res et
vna sit:7 in ea quedam res sint plures: Conce-
do vt in vno homine esse res plures :nunquid
ideo 7 homines plures? Sic in vna dea esse res
plures:nunqđ ideo 7 deas plures? Uerū sic vo
lunt diuidāt:cōflent:multiplicēt:replicent:ipli-
cent. Hec sunt telluris 7 matris magne precla-
ra mysteria: vnde omnia referūtur ad mortalia
semina: 7 exercēdā agricultura3. Ita ne ad hec
relata 7 hunc finē habentia: tympanum: turres
galli: iactatio insana mēbrorum: crepitus cym-
baloꝝ:confictio leonum: vitā cuiq̄3 pollicētur
eterna3? Ita ne propterea galli abscisi huic ma
gne dee seruiunt: vt significēt q̄ semine īdigeāt
terram sequi oportere: quasi nō eos ipsa potius
seruitus semine faciat indigere? Utrum eni se-
quēdo hāc deā cū indigeāt semen acquirāt:an
potius sequēdo hāc deā cū habeāt semen amitt

tāt:hoc interꝑtari an detestari ē. Nec attendit
ꝗ̄tū maligni dmones ꝓualuerint: q nec aliqua
magna his sacris polliceri ausi sūt: ⁊ tam crude
lia exigere potuerūt. Si dea terra nō esset: ma
nus ei hoīes operando iferrēt: vt semina cōseq̄
rent per illā: nō et sibi seruiēdo: vt semina ꝑde/
rent ꝓpter illā. Si dea nō eēt: ita fecūda fieret
manib⁹ alienis: vt nō cogeret hoīez sterilē fieri
manib⁹ suis. Jā ꝙ i liberi sacris honesta matro
na pudēda virilia coronabat spectāte mltitudi
ne: vbi rubēs ⁊ sudās si est vlla frons ī hoībus:
astabat forsitan ⁊ maritus: ⁊ ꝙ i celebratiōe nu
ptiaꝝ sup priapi scapū noua nupta sedere vide
bat̄ lōge ɔtēptibiliora atq̄ confusibiliora sūt ꝑ
ista turpitudīe crudelissima: vl̄ crudelitate tur/
pissima. Jbi demoniacis artib⁹ sic vterq̄ sexus
illudit̄ vt neuter suo vulnere perimat̄ ibi fasci/
natio timet̄ agrorū: hic mēbroꝝ amputatio nō
timet̄. Jbi sic de honestate noue nupte verecū
dia: vt nō solū fecunditas: sed nec v̄ginitas adi
matur: hic ita amputatur virilitas: vt nec con/
uertatur in feminam: nec vir relinquatur.

¶ Quā iterpretationez de abscisione atys gre
coꝝ sapientiū doctrina repperit. Caplm. xxv.

Et atys ille nō est cōmemorat⁹: nec ei⁹
ab isto interpretatio reqsita est: i cuius
dilectionis memoriā gallus absciditur
Sz docti greci atq̄ sapiētes nequaq̄ rationez
tam sanctā atq̄ preclaram tacuerūt. Propter
vernalē qppe faciē terre que ceteris tēporibus
est pulchrior: porphyrius philosophus nobiles
atyn flores significare perhibuit: ⁊ ideo abscisū
qz flos decidit ante fructū. Nō ergo ipsum ho/
minē vel q̄si hoīez q est vocat⁹ atys: sed virilia
eius flori cōparauerūt. Lapsa qppe illo iuben/
te deciderūt: neq̄ decepta: sed plane discerpta
sunt. Nec illo flore amisso qsquā postea fruct⁹
sed poti⁹ sterilitas cōsecuta est. Quid ergo ipse
reliquus: ⁊ qd remāsit absciso: qd eo significari
dicit̄? Quo refertur? q̄ iterꝑtatio inde ꝓfert̄?
An hec frustra moliendo nihilq̄ iueniēdo: psu/
adent illud potius esse credēdū: qd̄ de hoīe ca/
strato fama iactauit. litterisq̄ mādatū ē? Me
rito huic aduersatus ē ⁊ varro nr̄: neq̄ hoc dice
re voluit: non enim doctissimum hoīem latuit.

¶ De turpitudīe sacroꝝ mr̄is magne. Ca. xxvj.

Jtemq̄ d mollibus eidē matri magne
cōtra oēz viroꝝ mulierūq̄ verecundi
am ɔsecratis: q vsq̄ i hesternum diem
madidis capillis: facie dealbata fluētib⁹ mem/
bris incessu femineō: ꝑ plateas vicosq̄ cartha/
ginis ēt a ppl'is vn̄ turpit̄ viuerēt exigebant: ni
hil varro dicere voluit: nec vsͥpiā me legisse cō/
memini. Defecit iterꝑtatio: erubuit rō: cōticuit
orō. Vicit mr̄is magne oēs deos filios nō numi
nis magnitudo: sz criminis. Huic mōstro nec iā
mōstruositas cōparat̄. Jlla i simulacris hz solā
deformitatē: ista in sacris deformē crudelitatē
Jlla mēbra in lapidibus addita: hec i hoībus ꝑ/
dita. Hoc dedecus tot iouis ipsi⁹ vitia et tanta
stupra nō vincunt. Jlle inter femīeas corrupte
las vno ganymede celū ifamauit: ista tot molli
bus ꝓfessis ⁊ publicis inquinauit terraz: ⁊ celo
fecit iniuriā. Saturnū fortasse possem⁹ huic in
isto genere turpissime crudelitatis siue ɔferre
siue p̄ferre q patrez castrasse ꝑhibet̄. Sz i satur
ni sacris hoīes alienis manib⁹ poti⁹ occidi q̄ su/
is abscidi potuer̄t. Deuorauit ille filios suos vt
poete ferūt: ⁊ physici ex hoc iterꝑtant̄ qd̄ volūt
vt aūt historia ꝓdit necauit. Sz ꝙ ei peni suos
filios sacrificarūt: nō recepe romani. At v̄o ista
magna deoꝝ mat̄ etiā romanis tēplis castratos
intulit: atq̄ istā seuitiā morēq̄ seruauit: credita
vires adiuuare romanoꝝ: execādo virilia viro
rum. Quid. n. sunt ad hoc malū furta mercurij
veneris lasciuia: stupra ⁊ turpitudies ceterorū
q̄ ꝓferremus de libris: nisi q̊tidie cātarent̄ ⁊ sal
tarent̄ i theatris? Sz hec qd sūt ad tātū maluz:
cui⁹ magnitudo magne mr̄i tm̄modo ɔpetebat
p̄sertiz ꝙ illa dn̄r a poetis eē ɔficta: q̄si poete id
etiā finxerit: ꝙ ea sint dijs grata ⁊ accepta? Ut
ergo canerentur vel scriberentur: audacia fuit
vel petulantia poetarum. Ut vero diuinis re/
bus ⁊ honoribus eisdem imperantibus ⁊ extor/
quentibus numinibus adderent̄: qd ē nisi crimē
deoꝝ: imo v̄o ɔfessio demonioꝝ ⁊ deceptio mi
serorū? Verū illud qd̄ de abscisoꝝ ɔsecratione
mater deorū coli meruit: nō poete cōfixerūt: sz
horrē magis q̄ canere maluerunt. His ne dijs
selectis qsq̄ ɔsecrādus ē: vt p⁹ mortē viuat bn̄
q h⁹ ɔsecrat⁹ an̄ mortē honeste n̄ potuit viuere:
tā fedis supstitiōib⁹ subdit⁹: ⁊ imūdis dmonib⁹
obligat⁹? Sz hec oīa inqt referunt̄ ad mūdum:
videat ne poti⁹ ad imūdū. Cui eni hic mūdus ē
de⁹: nec aīo religiosus existit: nec honest⁹ viuet
ille nec mūdus: nos aūt animuz q̄rim⁹ q v̄a reli
gione ɔfisus: nō tāq̄ deū suū adoret mūdū: sed
tāq̄ op⁹ dei ꝓpt̄ deū laudet mūdū: ⁊ mūdanis
sordib⁹ expiatus: mūdus ꝑueniat ad deū q ɔdi
dit mūduz. Jstos vero selectos deos videmus

quidez clarius innotuisse q̃ȝ ceteros: non tamẽ
vt eoꝝ illustrarent̃ merita: sȝ ne occultarentur
opprobria: vñ magis eos hoĩes fuisse credibile
ẽ: sicut nõ solũ poetice lr̃e: veꝝ etiã historice tra
diderũt. Nã qꝺ virgili⁹ ait. Prim⁹ ab ethereo
venit saturn⁹ olympo Arma iouis fugiẽs: ⁊ re/
gnis exul adẽptis: ⁊ q̃ ad hanc rez ptinẽtia sub/
sequũt̃: totã de hoc homer⁹ pãdit historiã: quã
ennius in latinum vertit eloquium: vnde quia
plura posuerunt: qui contra huiusmodi errores
ante nos vel greco sermone vel latino scripse/
runt: nõ in eo mihi placuit immorari.

¶ De figmẽtis physiologorum: qui nec veram deitatem colunt: nec eo cultu quo colẽda ẽ ve/ ra diuinitas. Capitulum. xxvij.

i Psas physiologias cũ considero qbus
docti et acuti hoĩes has res humanas
conant̃ euertere ĩ res diuinas: nihil vi/
deo nisi ad tpalia t̃rena q̃ȝ opa nãq̃ȝ corporeã:
vel ẽt si inuisibilẽ tñ mutabilẽ potuisse reuocari:
qꝺ nullo mõ ẽ ver⁹ de⁹. Hoc aũt si saltẽ religio/
sitati cõgruis significationib⁹ ageret̃: eẽt eqdẽ
dolẽduz nõ his veꝝ deũ annũciari atq̃ȝ pdicari
tñ aliquo modo ferẽdũ tã feda ⁊ turpia nõ fieri
nec iuberi. At nũc cuz ꝓ deo vero quo sola aĩa
se inhabitãte fit felix: nefas sit colere aut corp⁹
aut aĩaz: q̃ȝto magis nefariũ ẽ ista sic colere: vt
nec salutẽ nec decus humanũ corp⁹ aut aĩa co
lẽtis obtineat? Quãobrẽ si tẽplo: si sacerdote: si
sacrificio qꝺ deo vero debeatur colat̃ aliquod
elemẽtũ mũdi: vel creat⁹ aliqs spũs etiã si non
immũdus ⁊ malus: nõ ideo ẽ malũ q2 illa mala
sũt qbus colit̃: sȝ q2 illa sũt talia qbus solus ille
colẽdus sit: cui talis cult⁹ seruitusq̃ȝ debet̃. Si
aũt stoliditate vel mõstruositate simulacrorũ:
sacrificijs homicidioꝝ: coronatiõe viriliũ pudẽ
doꝝ: mercede stuproꝝ: sectiõe mẽbroꝝ: abscisi/
one genitaliũ: cõsecratiõe molliũ: festis ĩpuroꝝ
obscenorũq̃ȝ ludoꝝ: vnũ veꝝ deũ idest oĩs aĩe
corporisq̃ȝ creatorẽ colere se qsq̃ȝ ɔtendat: non
ideo peccat q2 nõ est colẽdus quẽ colit: sȝ q2 co
lẽdũ nõ vt colẽdus ẽ colit. Qui vero ⁊ reb⁹ ta/
libus idest turpibus ⁊ scelestis: ⁊ nõ deũ veruz
idest aĩe corporisq̃ȝ factorẽ: sed creaturã: q̃ȝuis
nõ vitiosaz colit siue illa sit aĩa siue corpus: siue
aĩa simul ⁊ corpus: bis peccat in deũ: q ⁊ ꝓ ipo
colit qꝺ nõ est ipse: et talib⁹ reb⁹ colit qualibus
nec ipse colẽdus ẽ: nec nõ ipse sȝ hi quonãmodo
id ẽ q̃ȝ turpiter nefarieq̃ȝ coluerint ĩ prõptu est.
Quid aũt vel quos coluerit esset obscurũ: nisi
eorum testaret̃ historia: ea ipsa q̃ feda et turpa
cõfitemur numinibus terribiliter exigentibus
reddita. Unde remotis ɔstat ambagib⁹: nefari/
os demones atq̃ȝ immundissimos spiritus: hac
oĩ ciuili theologia ĩuisendis stolidis imagib⁹ ⁊ p
eas possidẽdis etiaz stultis cordibus inuitatos.

¶ Quod doctrina varronis de theologia ĩ nul la sibi parte concordet. Capitulum. xxviij.

q Uid igitur valet: q vir doctissimus et
acutissimus varro velut subtili dispu/
tatione hos oẽs deos in celũ ⁊ terram
redigere: ac referre conatur ⁊ non potest? Flu
unt de manibus: resiliũt: labũtur ⁊ decidũt. Di/
ctur⁹ enĩ de feminis hoc est de deab⁹: qm̃ inqt vt
in pmo libro dixi ꝺ locis: duo sũt pncipia deorũ
aĩaduersa de celo ⁊ t̃ra: a quo dij partiz dr̃ ce/
lestes: parti t̃restres: vt ĩ supiorib⁹ initiũ fecim⁹
a celo cũ dixim⁹ de iano: quẽ alij celuz alij dixe
rũt eẽ mũdũ: sic de feminis initiũ scribẽdi fecim⁹
a tellure. Sẽtio q̃ȝtaz molestiã tale ac tãtũ pati
atur ĩgeniũ. Dicit̃ eiz q̃dã rõne verisimili celuz
eẽ qꝺ faciat: t̃raz q̃ patiat̃: ⁊ ideo illi masculinã
viz tribuit: huic feminã: ⁊ nõ attẽdit eũ poti⁹ eẽ
q hec faciat q vtrũq̃ȝ fecit. Hic etiã samothracũ
nobilia mysteria ĩ supiore libro sic ĩterptat̃: ea/
q̃ȝ se q̃ nec suis nota sũt scribẽdo expositurum:
eisq̃ȝ missuꝝ q̃si religiosissime pollicet̃. Dicit .n.
se sibi mltis ĩdicijs collegisse ĩ simlacris aliud si/
gnificare celũ: aliud t̃rã: aliꝺ exẽpla reꝝ: q̃s pla
to appellat ideas: celũ iouẽ: terrã iunonẽ: ideas
mineruã vult ĩtelligi. Celũ a quo fiat aliqd: t̃rã
ꝺ q̃ fiat exẽplũ secũdũ qꝺ fiat. Qua ĩ re omitto
dicere: q plato illas ideas tãtã viz hr̃e dicit: vt
secũdũ eas nõ celũ aliqd fecerit: sȝ ẽt celuz fcm̃
sit. Hoc dico istũ ĩ libro selectoꝝ doꝝ rõnez illã
triũ deoꝝ: qb⁹ q̃si cũcta cõplexus ẽ pdidisse: Ce
lo enĩ tribuit masculos deos: femias t̃re. Int̃ q̃s
posuit mineruam quam supra ipsum celum an/
te posuerat: deinde masculus deus neptunus
in mari est: quod ad terram potius q̃ȝ ad celum
pertinet. Dis pater postremo qui grece pluton
dicitur: etiam ipse masculus frater amborum
terrenus deus esse perhibetur: superiorem ter
ram tenens: in inferiori habens proserpinaz cõ
iugẽ. Quomodo ergo deos in celo: deas in ter
ra esse perhibent: qui rursus deos ad terram:
deas ad celum referre conantur? Quid solidũ
quid constans: quid sobrium: quid definituz ha
bet hec disputatio? Illa autẽ est tellus initium
dearũ: mater scilicet magna: apud quã molluz

⁊ abscisorũ seseq̃ secantiũ atq̃ iactantiũ insana perstrepit turpitudo. Quid ẽ ergo q̄ dicitur caput deorũ ianus: caput dearum tellus: nec ibi facit vnũ caput error: nec hic sanũ furor. Cur hec frustra referre nitũtur ad mũdum: quasi possit pro deo vero mũdus: vel opus p̄ factore coli. Et tamen eos nec hoc posse veritas aperta conuicit. Referãt hec potiꝰ ad hoĩes mortuos ⁊ ad demones pessimos: ⁊ nulla questio remanebit.

¶ Q oĩa q̄ physiologi ad mũdũ et p̃tes ipiꝰ retulerũt: ad vnũ verũ deũ referre d̃buerĩt. Ca. xxix.

Nam q̃ oĩa q̄ ab eis ex istorũ deorũ theologia velut physicis ratiõibus referuntur ad mundũ: nos qualr̃ sine vllo scrupulo sacrilege opinionis deo potiꝰ v̄o qui fecit mundũ: oĩs aĩe ⁊ oĩs corporis conditori tribuantur aduertamꝰ hoc modo. Nos deũ colimꝰ. non celũ ⁊ terrã quibus duabus partibus mundus hic cõstat: nec aiam vel aĩas per viuẽtia q̃cunq̃ diffusas: sed deũ qui fecit celũ ⁊ terrã ⁊ oĩa que in eis sunt. Qui fecit oẽm aĩaz siue quocũq̃ mõ viuẽtem: ⁊ sensus ⁊ rationis exptẽ: siue etiã sentiẽtẽ siue ẽt intelligẽtẽ. Et vt iã incipiã illa vniꝰ ⁊ veri dei opera pcurrere: p̄pter que isti sibi dũ q̃si honeste conant̃ sacramẽta turpissima ⁊ scelestissima iterp̄tari: dos multos falsosq̃ fecerũt.

¶ Qua pietate discernatur a creatur creator: ne pro vno tot dij colantur: quot sunt opa vniꝰ auctoris. Capitulum. xxx.

Illũ deũ colimꝰ: q naturis a se creat ⁊ subsistẽdi ⁊ mouẽdi initia finesq̃ constituit: qui rerũ causas habet: nouit atq̃ disponit: qui vim seminũ cõdidit: qui rationalez animã quod dicitur animus quibus voluit viuẽtibus indidit: qui sermõis facultatẽ vsũq̃ donauit: qui munꝰ futura dicẽdi quibus placuit spiritibus impriuit. Et p quos placet ipe futura predicit: ⁊ per quos placet malas valitudies pellit. Qui belloꝝ quoq̃ ipsorum cũ sit emẽdandũ ⁊ castigandum genus humanũ: exordijs p̄gressibus finibusq̃ moderat̃: qui huius mũdi ignẽ vehemẽtissimũ ⁊ violẽtissimũ pro imense nature tempamẽto ⁊ creauit ⁊ regit: qui vniuersaꝝ aq̃rum creator ⁊ gubernator est: qui solẽ fecit corporaliũ clarissimũ luminũ: eiq̃ vim cõgruam ⁊ motũ dedit. Qui ipsis etiã inferis dñationẽ suã ptẽtemq̃ nõ subtrahit: q semĩa ⁊ alimẽta mortalium siue arida siue liq̃da naturis cõpetẽtibꝰ attributa substituit. Qui terrã fundat atq̃ fecundat: q fructus eiꝰ aĩalibus hominibusq̃ largit̃. q causas nõ solũ principales s̄ etiã subseq̃ntes nouit atq̃ ordinat: qui lune statuit modũ suũ: qui vias celestes atq̃ terrestres locoꝝ mutationibus pbet. Qui humanis ĩgenijs q̄ creauit: etiam scias artiũ variarũ ad adiuuandã vitaz nãturãq̃ cõcessit. Qui coniũctionẽ maris ⁊ femine ad adiutoriũ p̄pagãde p̄lis instituit. Qui hominũ cetibꝰ q̃ẽ focis ⁊ luminibꝰ adhiberẽt ad facillimos vsus munꝰ terreni ignis idulsit. Ista sunt certe que dijs selectis nescio p quas physicas interp̄tationes vir acutissimus atq̃ doctissimus varro: siue q̄ aliũde accepit siue q̄ ipse cõiecit distribuere laborauit. Hec autẽ facit atq̃ agit vnus ⁊ verꝰ deus. Sed sicut idẽ deꝰ vbiq̃ totus nullis inclusus locis: nullis vĩculis alligatus: i nullas partes sectilis: ex nulla parte mutabilis: iplens celũ ⁊ terrã p̄ñte potẽtia nõ absẽte natura: sic itaq̃ administrat oĩa que creauit: vt etiã ipa p̄prios exercere ⁊ agẽ motꝰ sinat. Quãuis eni nihil esse possit sine ipso: non tñ sunt vlla qd̄ ipse. Agit aũt multa etiam per angelos s̄ nõ nisi ex seipso beatificat angelos. Ita quãuis p̄pter aliquas causas hoĩbus angelos mittat: nõ tñ ex angelis hoĩes: sed ex seipso sicãgelos btificat. Ab hoc vno ⁊ v̄o deo vitam spamꝰ eternaz.

¶ Quibꝰ proprie beneficijs dei exceptagenerali largitate sectatores v̄itatis vtant̃. Ca. xxxi.

Habemꝰ. n. ab illo p̃ter huiuscemodi bñficia que ex hac de qua nõnulla diximꝰ administratiõe nature hoĩs malisq̃ largit̃: magnũ ⁊ bonorũ propriũ magne dilectiõis indiciũ. Quãq̃ enim q̄ sumus: q̄ viuimꝰ: q̄ celũ terrãq̃ cõspicimus: q̄ habemꝰ mentẽ atq̃ rationẽ qua eum ipm qui hec oĩa cõdidit inquiramus: nequaq̃ valeamꝰ actioni sufficere grãrũ. tñ q̄ nos oneratos obrutosq̃ peccatis: ⁊ a contemplatione sue lucis auersos: ac tenebrarũ. i. iniquitatis dilectione cecatos nõ omnino deseruit. Misitq̃ nobis verbũ suũ: qui est eiꝰ vnicꝰ filius: quo pro nobis in assũpta carne nato atq̃ passo: quanti deus hominem penderet noscere mus: atq̃ illo sacrificio singulari a peccatis omnibus mundaremur: eiusq̃ spiritu in cordibꝰ nostris dilectiõe diffusa: omnibus difficultatibus superatis in eternam requiem et contemplationis eiꝰ ineffabilẽ dulcedinẽ veniremꝰ. Que corda q̄t lingue ad agẽdas ei grãs satis eẽ ɔ̃tẽderit.

¶ Quod sacramentũ redemptionis christi nullis retro temporibꝰ defuerit: semperq̃ sit diuersis significationibus predicatum. Cap. xxxij.

HOc mysteriū vite eterne:iā ide ab ex/
ordio generis humani per quedam si/
gna ⁊ sacramēta tēporibꝰ cōgrua qui
bus oportuit per angelos predicatū ē. Deīde
populus hebreus ī vnā quādā rēpublicā que
hoc sacramētū ageret cōgregatꝰ ē:vbi ꝑ quos
dā sciētes:per quosdā nescientes:id quod ex
aduentu christi vsqꝫ nūc ⁊ deinceps agit̄:pre/
nūciaret̄ eē venturū. Sparsa ēt postea eadē
gente ꝑgentes ꝓpter testimoniū scripturarū
quibꝰ eterna salus in christo futura predicata ē
Oēs.n.nō solū prophetie q̄ in verbis sunt:nec
tātū precepta vite que mores pietatēqꝫ cōfor
māt:atqꝫ illis litteris cōtinētur:verū etiā sacra
sacerdotia:tabernaculū siue tēplū: altaria: sa/
crificia:cerimonie dies festi:⁊ quicqd aliud ad
eā seruitutē pertinet q̄ deo debet̄:⁊ grece pro
prie latria dicit̄:ea significata ⁊ prenūciata sūt
q̄ ꝓpter eternā vitā fideliū ī christo ⁊ ipleta cre
dimus:⁊ ipleri cernimꝰ:⁊ iplēda cōfidimus.

Quod per solā christianā religionē manife/
stari potuerit fallacia spirituū malignoꝝ:de ho
minū errore gaudentiū. Caplm xxxiij.

PEr hāc ergo religionē vnā ⁊ verā po/
tuit aperiri deos gentiū eē īmundissi/
mos demones:sub defunctoꝝ occasio
nibus animaꝝ:vel creaturarū specie munda/
naꝝ deos se putari cupientes: ⁊ quasi diuinis
honoribꝰ eisdēqꝫ scelestis ac turpibꝰ rebꝰ super/
ba īpuritate letantes atqꝫ ad verū deū cōuer/
sionē humanis animis īuidentes. Ex quo ima/
nissimo ⁊ ipijssimo dominatu hō liberat̄:cū cre
dit in eū q prebuit ad exurgēdū tāte humilita/
tis exēplū:quāta illi sup̄bia ceciderūt. Hic sūt
nō solū illi de qbꝰ multa iam diximꝰ: ⁊ alij atqꝫ
alij similes ceteraꝝ gentiū atqꝫ terrarū: sed ēt
hi de quibꝰ nūc agimus tanq̄ in senatu deorū
selecti:sed plane selecti nobilitate criminū non
dignitate virtutū. Quoꝝ sacra varro dū qua
si ad naturales rōnes referre conat̄ querēs ho
nestare res turpes: quomō his quadret ⁊ con/
sonet nō pōt īuenire:quoniā nō sunt ipse illorū
sacroꝝ cause quas putat vel potius vult puta
ri. Nā si nō solū ipse: veꝝ etiā quelibet alie hu
ius generis eēnt:quis nihil ad deū verū vitā/
qꝫ eternā que ī religione querēda est pertine/
rēt:tn̄ qualicunqꝫ de reꝝ natura reddita rōne
aliquātulū mitigarent offensionē:quā nō intel
lecta in sacris aliqua velut turpitudo aut ab/
surditas fecerat:sicut ī quibusdā theatroꝝ fa/
bulis vel delubroꝝ mysterijs facere idē Uar/
ro conatꝰ est. Ubi nō theatra delubroꝝ similitu
dine absoluit. sꝫ theatroꝝ potius similitudine
delubra dānauit:tn̄ vtcūqꝫ conatꝰ ē:vt sensū
horribilibꝰ rebꝰ offensum velut naturaliū cau/
sarū ratione reddita deliniret.

De libris Nume Pompilij quos senatus ne
sacroꝝ cause quales ī eis habebātur innotesce
rent iussit incendi. Caplm xxxiiij.

SEd cōtra inuenimus sicut ipse vir do/
ctissimꝰ prodijt:de Nume pōpilij libris
redditas sacroꝝ cās nullo mō potuis
se tolerari:nec dignas habitas:q̄ nō solū lecte
īnotescerent religiosis: sed saltē scripte recon/
derētur ī tenebris. Iā.n.dicā:qđ in tertio huiꝰ
opis libro me suo loco dictuꝝ eē promiseram.
Nā sicut apud eūdē Uarronē legit̄ ī libro de
cultu deoꝝ:Terentiꝰ quidā cū haberet ad ia/
niculū fundū: ⁊ bubulcꝰ eiꝰ iuxta sepulchrum
nume pōpilij traijciēs aratrū:eruisset ex terra
libros eiꝰ vbi sacroꝝ īstitutoꝝ scripte erāt cau
se:ī vrbē ꝑtulit ad pretorē. At ille cū īspexisset
ꝑncipia rē tātā detulit ad senatū:vbi cū ꝑmo/
res quasdā cās legissent: cur qdqꝫ ī sacris fue
rit institutū: Nume mortuo senatꝰ assensus est
eosqꝫ libros tāq̄ religiosi patres cōscripti: pre/
tor vt cōbureret cēsuerūt. Credat qsqꝫ qđ pu/
tat:imo qđ dicat qđ dicēdum suggesserit vesa
na cōtētio qlibet tāte īpietatis defensor egregi
us. Me admonere sufficiat sacroꝝ cās a rege
pōpilio romanoꝝ sacroꝝ īstitutore cōscriptas:
nec populo:nec senatui:nec saltē ipsis sacerdo
tibꝰ īnotescere debuisse:ipsūqꝫ numā pōpiliū
curiositate illicita ad ea demonū peruenisse se/
creta:q̄ ipse qdē scriberet:vt haberet vnde le/
gēdo cōmoneret̄. Sed ea tn̄ cū rex eēt q mini/
me quēquā metueret:nec docere aliquē:nec
delēdo vel quoquo modo cōsumēdo ꝑdere au
deret:ita ꝙ scire neminem voluit: ne homines
nefaria doceret:violare aūt timuit ne demōes
iratos haberet:obruit vbi tutū putauit: sepul/
chro suo propinquare aratrū posse nō credens
Senatus aūt cū religiōes formidaret dānare
maioꝝ:⁊ iō Nume assentire cogeret̄:illos tn̄ li
bros tā ꝑniciosos eē iudicauit:vt nec obrui rur
sus iuberet:ne hūana curiositas mlto vehemē
tius rē iā perditā quereret:sꝫ flāmis aboleri ne
fāda monumēta:vt qꝛ iā necesse eē existimabāt
sacra illa facere tolerabiliꝰ erraret̄ causis eoꝝ
ignoratis:q̄ cognitis ciuitas turbaret̄.

De hydromantia: per quam numa visis qui/
usdam imaginibus ludificabatur. Cap. xxxv.

Nam et ip̄e numa ad quē nullus dī ꝓpħa
nullus scūs angelus mittebat̄: hydro/
mantiā facere cōpulsus ē: vt ī aqua vi/
eret imagines deoꝝ: vel potius ludificatiōes
emonū: a q̄bus audiret qd ī sacris constitueret
atq̃ obseruare deberet. Qd̄ genus diuinatōis
iē varro a p̄sis dicit allatū: quo et ipsum numā:
postea pythagorā philosophū vsum fuisse cō/
emorat: vbi adhibito sanguine etiā īferos phi
t sciscitari: et necyomātiaꝫ grece dicit vocari:
siue necromātia dicat̄ idipsum est: vbi vident̄
ortui diuinare: q̄bus hec artibus fiāt ipsi vide
it. Nolo eiꝫ dicere: has artes etiaꝫ ante nostri
aluatoris aduētū ī ipsis ciuitatibus gētiū legi/
us solere ꝓhiberi: et pena seuerissima vīdicari.
Nolo inquā hoc dicere: fortassis eiꝫ talia tūc lice
bat. His tn̄ artibus didicit sacra illa pompilius:
quoꝝ sacroꝝ facta ꝓdidit: causas obruit: ita ti/
muit et ipse qd̄ didicit: quaꝝ causaꝝ proditos li/
bros senatus īcēdit. Quid mihi ergo varro illo/
rū sacroꝝ alias nescio quas causas velut physi/
cas iterpretat̄: quales si libri illi habuissent non
vtiq̃ arsissent: aut et istos varronis ad cesarē pō
tificē scriptos atq̃ editos: p̄res cōscripti simili/
ter īcēdissent. Qd̄ ergo aquā egesserit: idest ex
portauerit numa pōpilius vnde hydromātiam
faceret: ideo nymphā egeriā cōiugē dicit̄ habu
isse quēadmodū ī supradicto libro varronis ex/
ponit̄. Ita eiꝫ solēt res geste asp̄sione mēdacio/
rū ī fabulas verti. In illa igit̄ hydromantia cu/
riosissim⁹ rex ille romanus et sacra didicit: que ī li
bris suis pōtifices haberēt: et eoꝝ causas quas
preter se nemineꝫ scire voluit. Itaq̃ eas seorsum
scriptas secū quodāmodo mori fecit: q̄n ita sub
trahendas hoīuꝫ noticie sepeliendasq̃ curauit.
Aut ergo demonū illic tā sordide et noxie cupidi
tates erāt ꝯscripte: vt ex his tota illa theologia
ciuilis etiaꝫ apud tales hoies execrabilis appa/
reret: q tā mlt̄a ī ipsis sacris erubescenda suscepe/
rit. Aut illi oēs nihil aliud q̄ hoies mortui ꝓde/
bātur: quos tā ꝓlixa temporis vetustas: et fere
oēs ppl'i gētiū deos imortales esse crediderāt:
cū et talibus sacris ijdē illi demones oblectarē/
tur: q se colēdos ꝓ ipsis mortuis: quos deos pu
tari fecerat: q̄busdā fallaciū miraculoꝝ attesta/
tionibus supponebāt. Sed occulta veri dei pro
uidētia factū est: vt et pōpilio amico suo illis cō/
ciliatis artibus: q̄bus hydromantia fieri potu

it: cūcta illa cōfiteri ꝑmitterētur: et tn̄ vt moritu/
rus īcenderet ea potius q̄ obrueret admonere
nō ꝑmitterent̄: q ne īnotescerēt: nec aratro quo
sunt eruta obsistere potuerunt: nec stilo varro/
nis: quo ea que de hac re gesta sunt in nostram
memoria peruenerunt. Nō enim possunt quod
non sinuntur efficere: sinuntur autem alto dei
summi iustoq̃ iudicio pro meritis eorum quos
ab eis vel affligi tantum: vel etiam subijci ac de
cipi iustum est: Quam vero perniciose vel a cul
tu vere diuinitatis aliene ille lr̄e iudicate sint:
hinc intelligi potest: ꝙ eas maluit senatus incē/
dere: quas pompilius occultauit: q̄ timere qd̄
spicionibus suis ista permittant: cur nolunt cre
dere diuina voluntate atꝙ potentia immorta
lia corpora fieri posse terrena: in quibus anime
nulla ab eis morte separate: nullis eorum one
ribus aggrauate: sempiterne: ac feliciter viuāt
quod deos suos posse asserunt in temporibus
igneis: Jouemꝙ ipsum eorum regem in omni
bus corporeis elementis. Nam si anime vt be
ata sit corpus est omne fugiendum: fugiant dij
eorum de globis syderum: fugiat iuppiter de
celo et terra: aut si nō possūt miseri iudicentur

Sed neutrū isti volūt: qui neqꝫ a corporibus se
parationē audent dare dijs suis: ne illos morta
les colere videātur: nec beatitudinis priuatio
nē: ne ifelices eos esse fateāt. Nō ergo ad bea
titudinez consequendam omnia fugienda sunt
corpora sed corruptibilia: grauia moribūda: nō
talia fecit primis hominibus bonitas dei: sed
talia esse compulit peccati pena.

De terrenis corporibus: que philosophi affir
mant in celestibus esse nō posse: quia quod ter
renū est nāli pōdere vocet ad trā. Capl'z. xviij.

Sed necesse est iquiūt: vt terrena corpo
ra naturale pondus vel i terra teneat:
vel cogat ad terrā: ⁊ ideo i celo esse nō
possunt. Primi qdē illi hoīes i terra erāt nemo
rosa atqꝫ fructuosa: que paradisi nomē obtinu
it. Sed quia ⁊ ad hoc respōdēdū est: vel ꝓpter
christi corpus cū quo ascēdit i celū: vel propter
sctōꝝ qualia i resurrectiōe futura sunt itueātur
paulo attētius eius pōdera ipsa terrena. Si eiz
ars humana efficit: vt ex metallis que i aqs po
sita ɔtinuo submergūtur: quibusdā modis vasa
fabricata etiā natare possint: quāto credibilius
et efficacius occultus aliquis modus operatio
nis dei cuius oīpotētissima volūtate plato dicit
nec orta iterire nec colligata posse dissolui: cuz
multo mirabilius incorporea corporeis ꝙ̄ que
cūqꝫ corpora corporib⁹ quibuscūqꝫ copulētur:
potest molibus prestare terrenis: vt nullo i ima
pondere deprimantur: ipsisqꝫ aīs perfectissime
beatis vt ꝙ̄uis terrena tn̄ icorruptibilia iā cor
pora vbi volūt ponāt: ⁊ quo volūt agāt situ mo
tuqꝫ facillimo? An vero si hoc angeli faciunt: ⁊
quelibet aīalia terrestria rapiāt vn̄ libet ɔstitu
antqꝫ vbi libet: aut eos sine labore nō posse aut
onera sentire credēdū est? Cur ergo sctōꝝ per
fectos ⁊ beatos diuino munere spiritus: sine vl
la difficultate posse ferre quo voluerit: ⁊ sistere
vbi voluerit sua corpora nō credamus? Nā cū
terrenoꝝ corpoꝝ sicut onera i gestando sentire
consueuimus: quāto maior est quātitas tāto ma
ior fit ⁊ grauitas: ita vt plura pōdo ꝙ̄ pauciora
plus p̄māt: tn̄ mēbra sue carnis leuiora portat
anima cū i sanitate robusta sūt: ꝙ̄ i lāguore macra
sunt. Et cū alijs gestātibus onerosior sit saluus
et validus ꝙ̄ exilis ⁊ morbidus: ipse tn̄ ad suum
corpus mouēdū atqꝫ portandū agilior est: cū in
bona valitudine plus habet molis: ꝙ̄ cū i peste
vel i fame minimū roboris. Tātū valet i habē
dis etiā terrenis corporibus: ꝙ̄uis adhuc cor
ruptibilibus atqꝫ mortalibus nō quātitatis pō
dus sed tēperationis modus: Et quis verbis ex
plicat quātū distat iter presentem quā dicimus
sanitatē ⁊ imortalitatē futurā. Nō itaqꝫ nostrā
fidē redarguāt philosophi de corpoꝝ ponderi
bus. Nolo eiz querere cur nō credāt terrenum
posse esse corpus i celo cū terra vniuersa libre
tur i nihilo. Fortassis eiz de ipso medio mūdi lo
co: eo ꝙ i eū coeāt queqꝫ grauiora: etiam argu
mētatio verisimilior habeatur. Illud dico: si dij
minores qbus iter aīalia terrestria cetera etiaz
hoīez faciēdū ɔmisit plato potuerūt sicut dicit
ab igne remouere vrēdi qualitatē: lucēdi reli
quere que per oculos emicaret: ita ne deo sum
mo ɔcedere dubitabimus: cuius ille voluntati
potestatiqꝫ ne moriātur: ɔcessit que orta sint: ⁊
tā diuersa tā dissimilia: idest corporea ⁊ icorpo
rea sibimet ɔnexa nulla possint dissolutōe seiū
gi: vt de carne hoīs cui donat imortalitatē: cor
ruptionē auferat: naturā reliquat ɔgruētiā fi
gure membrorūqꝫ detineat: detrahat pōderis
tarditatē? Sed de fide resurrectionis mortuo
rū ⁊ de corporibus eoꝝ imortalibus diligētius
si deus voluerit i fine huius operis disserēdū ē.

¶ Cōtra eorum dogmata: qui primos homi
nes si non peccassent immortales futuros fuis
se non credunt. Capitulum. xix.

Nunc de corporibus primoruz hominū
quod instituimus explicemus: quoniā
nec mors ista que bona perhibetur bo
nis: nec tantum paucis intelligentibus siue cre
dentibus: sed omnibus nota est: qua fit a corpo
re anime separatio qua certe corpus animātis
quod euidenter emoritur: eis potuisset accide
re nisi peccati meritum sequeretur. Licet enim
iustorum ac piorum anime defunctorū ꝙ in re
quie viuant dubitare fas non sit: vsqꝫ adeo ta
men eis melius esset cum suis corporibus bene
valentibus viuere: vt etiam illi qui omnimodo
esse sine corpore beatissimum existimāt hāc opi
nionem suam sententia repugnante conuincāt
Neqꝫ enim quisqꝫ audebit illorum sapiētes ho
mines siue morituros siue iā mortuos: idest aut
carētes corporibus aut corpora relicturos dijs
imortalibus anteponere: quibus summus de
us apud platonem: munus ingens: indissolubi
lem scilicet vitam: idest eternum cuz suis corpo
ribus consortium pollicetur. Optime autem
cum hominibus agi arbitratur idem plato: si ta
men hanc vitaz pie iusteqꝫ peregerint vt a suis

corporibus separati i ipsoꝝ deoꝝ qui sua corpora nunqꝫ deserũt recipiãtur sinũ: scilicet imemores supera vt ꝯnexe reuisãt rursus: ⁊ icipiãt in corpora velle reuerti. Quod virgilius ex platonico dogmate dixisse laudat̃. Ita quippe aĩas mortaliũ nec in suis corporibus sẽper esse posse existimat: sed mortis necessitate dissolui: nec sie corporibus durare perpetuo sed alternantibus viribus idesinenter viuos ex mortuis: ⁊ ex viuis mortuos fieri putat: vt a ceteris hoĩbus videãtur differre sapiẽtes ꝙ post mortẽ suã ferũtur ad sydera: vt aliquãdo diutius i astro sibi ꝯgruo quisqꝫ regescat: at idẽ rursus miserie pristine oblitus ⁊ cupiditate habẽdi corporis victꝰ: redeat ad labores erũnasqꝫ mortaliũ. Illi vero qui stultã duxerũt vitã ad corpora suis meritis debita siue hoĩuꝫ siue bestiaꝝ de ꝓximo reuoluãtur. In hac itaqꝫ durissima ꝯditiõe constituit etiã bonas atqꝫ sapiẽtes aĩas: qbus nõ talia corpora distributa sũt cũ quibus sẽper atqꝫ imortaliter viuerent: vt neqꝫ i corporibus permanere: neqꝫ sine his possint in eterna puritate durare De quo platonico dogmate iã i libris superioribus diximus christiano tempore erubuisse porphyriũ ⁊ nõ solũ ab humanis aĩs remouisse corpora bestiaꝝ: verũ etiã sapiẽtiũ aĩas ita voluisse de corporeis nexibus liberari: vt corpus oẽ fugiẽtes beate apud patrẽ sine fine teneãtur. Itaqꝫ ne a christo vici videretur vitã sanctis pollicẽte perpetuã: etiã ipse purgatas aĩas sine vllo ad miserias pristinas reditu in eterna felicitate ꝯstituit. Et vt christo aduersaretur resurrectionẽ icorruptibiliũ corpoꝝ negãs: nõ solũ sine terrenis: sed sine vllis oĩno corporibus eas asseruit i sẽpiternũ esse victuras. Nec iste qualicũqꝫ opinione ꝑcepit saltẽ ne diis corporatis religionis obsequio subderẽtur. Quid ita: nisi quia eas qꝫuis nulli corpori sociatas: nõ credidit illis eẽ meliores? Quapropter si nõ audebũt isti: sicut eos ausuros esse nõ arbitror: diis beatissimis ⁊ tñ in eternis corporibus ꝯstitutis humanas aĩas anteponere. cur eis videtur absurduꝫ quod fides christiana predicat ⁊ primos hoĩes ita fuisse ꝯditos: vt si nõ peccassent nulla morte a suis corporibus soluerẽtur: sed ꝓ meritis obediẽtie custodite imortalitati donati cũ eis viuerẽt i eternũ: ⁊ talia scõs i resurrectõe habituros ea ipsa i qbꝰ hic laborauerũt corpora vt nec eoꝝ carni aliqd corruptõis vel difficultatis: nec eorum beatitudini aliquid doloris ⁊ ifelicitatis possit accidere.

¶ Quod caro sanctoꝝ que nũc requiescit i spe: in meliorem recuperanda sit qualitatem qꝫ fuit primoꝝ hoĩuꝫ ante peccatũ. Capitulũ. xx.

PRoinde scõꝝ aĩe defũctoꝝ ideo nõ hñt grauẽ mortẽ qua separate sũt a corporibus suis: quia caro eorum requiescit i spe quaslibet sine vllo iã sensu ꝯtumelias accepisse videãtur. Nõ eiꝫ sicut platoni visũ est: corpora obliuionẽ desiderãt: sed quia potius meminerũt: quid sibi ab eo promissum sit q neminẽ fallit: qui eis etiã de capilloꝝ suoꝝ itegritate securitatẽ dedit: resurrectionẽ corpoꝝ in quibus multa dura perpessi sũt: nihil i eis tale vlterius sensuri desiderabiliter ⁊ patiẽter expectãt. Si eiꝫ carnẽ suã nõ oderãt: qñ eã sue mẽti ifirmitate resistentẽ spirituali iure coercebant: qꝫto magis eã diligũt etiã ipsam spiritualẽ futurã? Sicut eniꝫ spiritus carni seruiẽs nõ icongrue carnalis: ita caro spiritui seruiens recte appellatur spiritualis: non ꝙ i spiritũ ꝯuertetur: sicut nonnulli putant: ex eo ꝙ scriptũ est: seminatur corpus aĩale: resurget corpus spirituale: sed quia spiritui sũma ⁊ mirabili obtemperandi facilitate subdetur vsqꝫ ad iplendaꝫ imortalitatis idissolubilis securissimaꝫ volũtateꝫ: omni molestie sẽsu: omni corruptibilitate ⁊ tarditate detracta Non solũ eiꝫ nõ erit tale quale nũc est i quauis optima valitudine: sed nec tale quideꝫ quale fuit i primis hoĩbus ante pctm̃. Qui licet morituri non essent: nisi peccassent: alimentis tñ vt hoĩes vtebãtur: nõdũ spiritualia sed adhuc aĩalia corpora terrena gestantes. Que licet senio non veterascerẽt: vt necessitate ꝑducerent̃ ad mortẽ: qui status ei de ligno vite quod est i medio paradisi cũ arbore vetita simul erat mirabili dei gratia prestabatur: tñ ⁊ alios sumebant cibos preter vnaꝫ arboreꝫ que fuerat iterdicta non quia ipsa erat malũ: sed propter ꝯmendandũ pure ⁊ simplicis obediẽtie bonũ: que magna virtus est ratiõalis creature sub creatore dñ   o constitute. Nã vbi nullũ malũ tãgebat̃: ꝑfecto si ꝓhibitũ tãgeret̃ sola iobediẽtia peccabat̃. Alebãt̃ ergo aliis q̃ sumebãt: ne aĩalia corpora molestie aliqd esuriẽdo aut sitiẽdo sẽtirẽt. De ligno aũt vite ꝓpterea gustabat̃: ne mors eis vñcũqꝫ subriperet vl' senectute ꝯfecta ꝺcursis tpꝫ spaciis iterirẽt: tãqꝫ cetera eẽnt alimẽto: illo sacramẽto. vt sic fuisse accipiat̃ lignũ vite i paradiso corporali: sicut i spũali hoc ẽ itelligibili paradiso sapiẽtia dei: de qua scriptũ ẽ. Lignũ vite ẽ amplectẽtibus eã.

¶ De paradiso in quo primi homines fuerant ꝙ recte possit significatione eius spirituale aliquid intelligi: salua veritate narrationis historice de corporali loco. Capitulũ.xxi.

Unde nõnulli totũ illũ paradisuz vbi primi homines parẽtes generis humani sancte scripture veritate fuisse narrantur: ad intelligibilia referũt: arboresq̃ illas ⁊ ligna fructifera in virtutes vite moresq̃ cõuertũt: tanq̃ visibilia ⁊ corporalia illa nõ fuerint: sed intelligibiliũ significandoꝝ cã eo modo dicta vel scripta sint. Quasi propterea nõ potuerit eẽ paradisus corporalis: quia põt etiã spiritualis intelligi: tanq̃ ideo nõ fuerint due mulieres agar ⁊ sarra: ⁊ ex illis duo filij abrahe: vnus de ancilla alius de libera: quia duo testamenta in eis figurata dicit apostolus: aut ideo de nulla petra moyse percutiẽte aqua defluxerit qa põt illic figurata significatiõe ẽt christus intelligi: eodẽ apostolo dicente petra aũt erat christus. Nemo itaq̃ probibet intelligi paradisum vita beatoꝝ: quattuor eniz flumina: quattuor virtutes: prudentiã tẽperantiã: fortitudinem atq̃ iustitiã: ⁊ ligna eius oẽs vtiles disciplinas: ⁊ lignoꝝ fructus mores pioꝝ: ⁊ lignũ vite ipsã bonoꝝ omniũ matrẽ sapientiã: ⁊ lignũ sciẽtie bõi ⁊ mali: trãsgressi mãdati experimẽtũ. Penam eniz peccatoribus bene vtiq̃ qm̃ iuste constituit deus: sed nõ bono suo experit̃ hõ. Possũt hec ẽt intelligi: vt ea melius accipiamus tanq̃ prophetica iudicia precedentia futuroꝝ. Paradisum .s. ipsaz ecclesiã: sicut de ipsa legit̃ in cãtico cãticoꝝ. Quattuor aũt flumina paradisi quattuor euãgelia: ligna fructifera sãctos: fructus ãt eoꝝ opera eoꝝ: lignum vite: sanctũ scõꝝ vtiq̃ christũ: lignũ sciẽtie boni ⁊ mali: proprium voluntatis arbitriũ. Nec seipso quippe homo diuina voluntate contenta: nisi perniciose vti potest: atq̃ ita discit qd intersit: vtrũ inhereat cõmuni oĩbus bono an proprio delectet̃. Se quippe amãs donatur sibi: vt inde timoribus meroribusq̃ cõpletus cantet in psalmo si tamẽ mala sua sentit ad meipsũ turbata est anima mea correctus iã dicat fortitudinẽ meã ad te custodiã. Hec ⁊ siqua alia cõmodius dici possunt de itelligẽdo spũalr̃ padiso nemine probibente dicantur: dũ tñ ⁊ historie veritas fidelissima reꝝ gestarũ narratione cõmendata credatur.

¶ De corporibus sanctoꝝ post resurrectionez ꝙ sic spiritalia erũt vt ñ i spũ caro vtat̃. C.xxij.

Corpora ergo iustoꝝ que i resurrectione futura sunt: neq̃ vllo ligno indigebunt quo fiat: vt nullo morbo vel senectute inueterata moriãt̃: neq̃ vllis alijs corporalibus alimẽtis: quibus esuriẽdi ac sitiẽdi qualiscũq̃ molestia deuitet̃: qm̃ certo ⁊ omni modo inuiolabili munere imortalitatis induẽtur: vt nõ nisi velint possibilitate nõ necessitate vescãtur. Quod angeli quoq̃ visibiliter ⁊ tractabiliter apparentes: nõ qr idigebãt sed qr volebãt ⁊ poterãt: vt hominibus cõgruerẽt sui ministerij quadã hũanitate fecerũt. Neq̃.n. i phantasmate angelos edisse credẽdũ ẽ: quãdo homines eos hospitio susceperũt: q̃uis vtrũ ãgeli eẽnt ignorantibus consimili nobis idigentia vesci viderent̃. Unde ẽ quod ait ãgelus in libro tobie. Uidebatis me manducare: sz visu vestro videbatis. i. necessitate corporis reficiẽdi sicut vos facitis: me cibũ sumere putabatis. Sed si forte de ãgelis aliud credibilius disputari põt: certe fides christiana de ipso saluatore non dubitat: ꝙ ẽt post resurrectionẽ iã quidẽ in spũali carne sed tamẽ vera cibũ ac potũ cũ discipulis sumpsit. Non.n. potestas sed egestas edẽdi aut bibẽdi talibus corporibus auferet̃. Unde ⁊ spũalia erũt non quia corpora esse desistent: sed qa spiritu viuificante subsistent.

¶ Quid itelligẽdũ sit de corpore animali ⁊ de corpore spirituali: vt qui moritur in adam: qui vero viuificatur in christo. Capitulũ.xxiij

Nam sicut corpora ista q̃ hñt aiaz viuẽtẽ nõdũ spũs viuificãtez aialia dicunt̃ corpora nec tñ aie sũt sed corpora: ita illa spũalia vocãt̃ corpora. Absit tñ vt spũs ea credamus futura sz corpora carnis habitura substãtiam sz nullã tarditatẽ corruptionẽq̃ carnalẽ spũ viuificãte passura. Tũc iã nõ terrenus sz celestis hõ erit: nõ qr corpus sed qđ de terra factũ ẽ nõ ipsum erit sz qr dono celesti iam tale erit: vt ẽt celo icolẽdo nõ amissa natura sz mutata qualitate conueniat. Primus aũt homo de terra terrenus in animã viuẽtẽ factus est: nõ i spiritũ viuificãtẽ: quod ei per obediẽtie meritum seruabat̃. Ideo corpus eius quod cibo ac potu egebat ne fame afficeret̃ ac siti: ⁊ nõ imortalitate illa absoluta atq̃ indissolubili: sz ligno vite a mortis necessitate ꝓhibebat̃ atq̃ i iuuentutis flore retinebat̃: nõ spũale sz aiale fuisse ñ dubiũ ẽ: nequaq̃ tñ moriturũ nisi in dei precedẽtis minantisq̃ sentẽtiã deliquẽdo corruisse.

Et alimentis quidē etiā extra paradisuȝ nō ne
gatis:a ligno tñ vite probibitus traditus eēt tē
pori vetustatiq̈ꝫ finiēdus:in ea duntaxat vita
quā in corpore licet animali donec spūalis obe/
dientie merito fieret:posset in paradiso nisi pec
casset babere perpetuā. Quapropter etiam si
mortē istaȝ manifestā qua fit aīe a corpore se/
paratio:intelligam⁹ simul signata in eo ꝙ deus
dixerat:qua die ederitis ex illo morte morie/
mini:non ideo debet absurdū videri:qa non eo
prorsus die a corpore sunt soluti:quo cibū iter
dictū mortiferūq̈ꝫ sūpserūt eo quippe die mu/
tata in deteri⁹ vitiataq̈ꝫ natura atq̈ꝫ a ligno vi/
te separatione iustissima:mortis in eis etiā cor/
poralis necessitas facta est:cū qua nos necessi
tate nati sum⁹:propter quod apostolus non ait
corpus qdē moriturū ē ꝑpter peccatū:sed ait:
corpus quidē mortuū ē ꝑpter peccatū: spirit⁹
aūt vita ē ꝑpter iustitiā. Deinde subiungit. Si
aūt spūs ei⁹ qui suscitauit christū a mortuis ba
bitat i nobis:qui suscitauit christū a mortuis vi
uificabit ꝛ mortalia corpora vestra per inbabi
tantem spūȝ eius i nobis. Tūc ergo erit corpus
i spiritū viuificantē:quod nūc ē in animā viuē
tem. Et tñ mortuū dicit apostolus:qa iā moriē
di necessitate cōstrictū ē. Tunc autem ista erat
in animā viuētē:q̈uis nō in spiritū viuificantē
vt tñ mortuū dici recte nō posset:qꝛ nisi perpe/
tratione peccati necessitateȝ moriendi babere
nō posset. Cum ꝟo deus ꝛ dicēdo adam vbi es
mortē significauerit aīe:que facta ē illo deserē
te: ꝛ dicēdo terra es ꝛ in terrā ibis:mortem si/
gnificauerit corporis:que illi fit anima disce/
dente:propterea de morte ꝟa nibil dixisse cre/
dendū est:qa occultā eē voluit ꝑpter dispensa
tionē testamenti noui:vbi secūda mors aper/
tissime declaratur:vt prius ista mors prima q̄
cōmunis ē omnib⁹ proderet̄ ex illo venisse pec
cato:quod in vno cōe factū est omnibus:mors
ꝟo secūda nō vtiq̈ꝫ cōmunis est omnib⁹ ꝑpter
eos q secūdū ꝓpositū vocati sunt sancti:quos
ante presciuit ꝛ predestinauit:sicut ait aposto/
lus coformes fieri imagini filij sui:vt sit ipse pri
mogenitus in multis fratribus:quos a secun/
da morte per mediatorē dei gratia liberauit.
In corpore ergo animali ꝑmū bominē factuȝ
sicut apostolus loquit̄. Volēs.n.ab spūali qđ i
resurrectione futuꝝ ē boc:quod nūc est anima
le discernere:seminat̄ inquit in corruptiōe:sur
get icorruptibile. Seminat̄ i ꝯtumelia: surget
i gloria. Seminat̄ in ifirmitate:surget in virtu
te. Seminat̄ corpus aīale:surget corpus spūa
le. Deide vt boc probaret:si ē ingt corpus aīale
ē ꝛ spūale. Et vt qđ eēt corpus aīale ōnderet:
sicut ingt scriptū ē:fact⁹ ē ꝑm⁹ bō i animā viuen
tē. Isto igit̄ mō voluit ostendere qđ sit corpus
aīale: q̈uis scriptura nō dixerit de boīe ꝑmo
q ē appellat⁹ adā:qñ illi aīa flatu dei creata est
ꝛ factus ē bō in corpore aīali:sȝ fact⁹ ē bō i aīaȝ
viuētē. In eo ergo qđ scriptū ē:fact⁹ ē primus
bō i aīam viuentē:voluit apl's intelligi corpus
bois aīale:spūale aūt quēadmodū intelligēdū
eēt ostēdit addēdo:nouissim⁹ aūt adā i spirituȝ
viuificātē:proculdubio christū significās q iaȝ
ex mortuis ita resurrexit:vt mori oīno deinceps
nō possit. Deinde seqt̄ur ꝛ dicit. Sed nō primū
quod spūale ē:sȝ qđ aiale deinde spūale. Ubi
multo aperti⁹ declarauit:se aīale corpus insi/
nuasse:i eo ꝙ scriptū ē factū eē primū boīem i
aīaȝ viuētē:spūalē aūt i eo ꝙ ait nouissim⁹ adā
i spūȝ viuificātē. Pri⁹ ē.n.aīale corpus quale
babuit ꝑm⁹ adā:q̈uis nō moriturū nisi peccas/
set:quale nūc babem⁹ ꝛ nos bacten⁹ ei⁹ muta/
ta vitiataq̈ꝫ natura quaten⁹ i illo postea q̈ꝫ pec
cauit effectū ē:vñ bēret iā moriēdi necessitatē
quale pro nobis ēt xp̄s bēre dignat⁹ ē ꝑmitus
nō qdē necessitate sed ptāte:postea ꝟo spūale
quale iam precessit i christo tanquam in capite
nostro. secuturum est autē in membris eius vl
tima resurrectione mortuorum. Ad iungit dei
de apostolus duorum istoꝝ bominum euiden/
tissimam drīaȝ dicēs. Primus bō de terra ter/
renus:secundus bomo de celo celestis. Qua/
lis terrenus:tales ꝛ terreni: qualis celestis ta/
les ꝛ celestes. Et quomodo induimus imaginē
terreni:induamus ꝛ imaginem eius qui de ce/
lo est. Hoc apostolus ita posuit: vt nunc qui/
dem in nobis secundum sacramentuȝ regene/
rationis fiat:sicut alibi dicit:quotquot in Chri/
sto baptizati estis Christum induistis:re autem
ipsa tunc perficietur:cum ꝛ in nobis quod est
animale nascendo:spirituale fuerit factum re/
surgendo. Ut enim eiusdem verbis vtar: spe
salui facti sumus. Induimus autem imaginem
terreni bominis propagatione preuaricati/
onis ꝛ mortis quam nobis intulit generatio
sed induimus imaginem celestis bominis gra
tia indulgentie viteq̈ꝫ perpetue: quod nobis
prestat regeneratio nō nisi ꝑ mediatorem dei
ꝛ boīuȝ boīeȝ iesuȝ xp̄ȝ:quē celestē boīeȝ vult i/

telligi: quia de celo venit vt terrene mortalitatis corpore vestiretur quod celesti imortalitate vestiret. Celestes vero ideo appellat ⁊ alios qꝛ fiūt per grãz mēbra eius: vt cū illis sit vnus xp̄s velut caput ⁊ corpus. Hoc ī eadē epistola euidētius ita ponit: per hoīez mors ⁊ per hoīem resurrectio mortuoꝝ. Sicut eīz in adā oēs moriūtur: sic ⁊ ī xp̄o oēs viuificabūtur. Jā vtiqꝫ ī corpore spirituali quod erit ī spiritū viuificātē: non quia oēs qui ī adā moriūtur erūt mēbra christi: ex illis eīz multo plures secūda ī eternuz morte plectētur. Sed ideo dictuz est oēs atqꝫ oēs: qꝛ sicut nemo corpore spirituali nisi ī adā moritur: ita nemo corpore spirituali nisi in christo viuificatur. Proinde nequaqꝫ putādū est ī resurrectione tale corpus habituros: quale habuit hō primus ante pctm̄ neqꝫ illud quod dictū est qualis terrenus tales ⁊ terreni: scd̄z illud ītelligēdū est quod factū est admissione peccati. Nō eīz existimādū est eū priusqꝫ peccasset spirituale corpus habuisse: ⁊ peccati merito ī aīale mutatum. Ut eīz hoc puteẽ paꝝ attēdūtur tāti verba doctoris qui ait. Si est corpus aīale est ⁊ spūale: sicut scriptū est. Primus hō adā fcūs ē ī aīaz viuētē secūdus hō ī spiritū viuificātem. Nunquid hoc post peccatū factū est cū sit ista hoīs prima ꝯditio de qua beatissimus paulus ad corpus aīale mōstrādū hoc testimoniū legis assumpsit?

¶ Qualiter accipiēda sit vel illa ī sufflatio ī qua primus hō factus est ī aīaz viuentē: vel illa quā dn̄s fecit dicēs accipite spiritū sāctū. Ca. xxiiij.

Vide ⁊ illud paꝝ ꝯsiderate qbusdā visum est: ī eo quod legitur īspirauit deus ī faciē eius spiritū vite ⁊ factus ē hō ī aīaz viuētē: nō tūc aīaz primo homini datā sed eā que iā ī erat spiritu sācto viuificatā. Mouet eīz eos ꝙ dn̄s iesus posteaqꝫ resurrexit a mortuis īsufflauit dicēs discipulis suis accipite spiritū scm̄. Uñ tale aliquid existimāt factū quale tūc factū est: quasi ⁊ hic secutꝰ euāgelista dixerit: ⁊ facti sūt ī aīaz viuētē. Quod quidē si dictū esset: hoc ītelligeremus ꝙ aīaꝝ quedā vita sit spiritus dei: sine quo aīe rationales mortue deputāde sūt: qꝫuis eaꝝ presentia viuere corpora videātur. Sed nō ita factū qñ est ꝯditus hō: satis ipsa libri verba testātur: que ita se habēt: Et formauit deus hoīez puluerē de terra. Quod quidē planius īterpretādū putātes dixerūt. Et finxit deus hoīez de limo terre: qm̄ superius dictū fuerat: fons aūt ascēdebat ð terra ⁊ irrigabat oēz faciē terre: vt ex hoc limus ītelligēdus videreẽ humore scilicet terraqꝫ cōcretus. Ubi eīz hoc dictū est ꝯtinuo sequitur: ⁊ formauit hominem deus puluerem de terra: sicut greci codices habent: vnde ī latina lingua scriptura ipa conuersa est. Siue aūt formauit siue finxit quis dicere voluerit: quod grece dicitur eplasen ad rem nihil interest. Magis tamen proprie diciẽ finxit: sed ambiguitas visa est deuitāda eis qui formauit dicere maluerūt: eo ꝙ ī latina lingua illud magis obtinuit consuetudo: vt hi dicātur fingere qui aliquid mendacio simulante cōponunt. Hunc igitur formatum hominem de terre puluere siue limo. Erat eīz puluis humectus hunc inquam vt expressius dicam sicut scriptura locuta est: puluerē de terra: animale corpus factum esse docet apostolus cum animam accepit. Et factus est iste homo in animam viuentem idest formatus iste puluis factus est in animam viuentem. Jam inquiunt habebat animā alioquin non appellaretur homo: quoniam homo non est corpus soluz vel anima sola: sed qui ex anima constat et corpore. Hoc quidem veꝝ est: ꝙ non totus homo sed pars melior hominis anima est: sed cum est vtrunque coniunctum simul habet hominis nomen: quod tamē ⁊ singula non amittunt etiam cū de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibetur quotidiani quadam lege sermonis homo ille defunctus est: et nunc in requie est vel in penis: cum de anima sola possit hoc dici: ⁊ īllo aut illo loco homo ille sepultus est: cum hoc nisi de solo corpore non possit intelligi? [illegible]n dicturi sunt sic loqui scripturaz non solere diuinam? Jmmo vero illa ita nobis in hoc attestatur vt etiam cum duo ista coniuncta sunt et viuit homo: tamen etiam singula hominis vocabulo appellet: animam scilicet interiorem hominem: corpus vero exteriorem vocans: tanqꝫ duo sint homines cum simul vtrunque sit homo vnus. Sed intelligendum est secundum quid dicatur homo ad imaginem dei: et terra homo atque iturus in terram. Jllud enim secundum animā rationalem dicitur: qualez deus insufflando vel si commodius dicitur inspirando īdidit homini: idest hominis corpori hoc autem secundum corpus qualem hominez deus finxit ex puluere: cui data est anima: vt fieret corpus animale: idest homo in animaz viuētē: Quapropter in eo quod dominus fecit quādo insufflauit dicens accipite spiritum sanctuz

nimiꝝ hoc intelligi voluit: ꝙ spiritus sanctus ñ
tm̃ sit patris verũ etiaꝫ vnigeniti ipsius spiritus
Idẽ ipse qppe spiritus est pr̃is ⁊ filij: cũ quo est
trinitas pater ⁊ filiꝰ ⁊ spiritus sãctus: non crea/
tura sꝫ creator. Nec ei flatus ille corporeus
de carnis ore ꝓcedẽs substãtia erat spiritꝰ san/
cti atq natura: sꝫ potius significatio qua intel/
ligeremus vt dixi spiritũ sanctũ patri eẽ filioq
cõmunẽꝫ: qꝛ nõ sũt eis singulis singuli: sꝫ vnus
amborũꝫ ẽ. Semp autẽ iste spiritus i scripturis
sãctis greco vocabulo pneũma dicit̃: sicut euꝫ
⁊ alio loco dñs appellauit: qñ eũ corporalis sui
oris flatus significãs discipulis suis dedit ⁊ lo/
cis oĩbus diuinoꝝ eloqꝛuꝫ nõ mihi aliter vnq̃
nuncupatus occurrit. Hic vero vbi legit̃ ⁊ fin/
xit deus hoĩeꝫ puluerem de terra: ⁊ insufflauit
siue inspirauit in facieꝫ eius spiritũ vite: nõ ait
grecus pneuma qδ solet dici spiritus sãnctus:
sꝫ pnoen: qδ nomẽ in creatura q̃ i creatore fre/
quẽtius legit̃. Unde nonnulli etiã latini ꝓpter
differẽtiã hoc vocabulũ nõ spiritum sed flatuꝫ
appellare maluerũt. Hoc eni i greco ẽtiã illo lo
co apud esaiaꝫ vbi deus dicit: oẽm flatũ ego fe
ci: oẽm aĩam sine dubitatiõe significãs. Qδ ita
q grece pnoen dicit̃: nostri aliquãdo flatuꝫ ali
quãdo spiritũ aliqñ inspirationeꝫ vel aspiratio
nem: aliqñ etiã animũ iterp̃tati sunt. Pneuma
vero nunq̃ nisi spiritũ siue hoĩs de quo ait apo
stolus: qs eni scit hoĩum q̃ sunt hoĩs nisi spiritus
hoĩs q in ipso est: siue pecoris sicut in salomonis
libro scriptũ est: qs scit si spũs hoĩs ascẽdat in ce
lum sursum: ⁊ spiritus pecoris descendat deor/
sum in t̃ram siue istũ corporeũ q etiã ventus di
citur: naꝫ eius hoc nomẽ est: vbi in psalmo cani
tur ignis grando nix glacies spiritus tẽpestatis
siue iã nõ creatũ sed creatorẽ: sicut ẽ de quo di/
cit dñs in euãgelio: accipite spiritũ sanctũ: eum
corporeo sui oris flatu significãs. Et vbi ait. ite
baptizate oẽs gẽtes i noĩe patris ⁊ filij ⁊ spiritꝰ
sancti: vbi ipsa trinitas excellẽtissime ⁊ euiden/
tissime ꝯmendata est. Et vbi legit̃ deus spiritꝰ
est. Et alijs plurimis sacraruꝫ l̃rarum locis. In
his qppe oĩbus testimonijs scripturaꝝ quãtum
ad grecos attinet non pnoen videmus scriptuꝫ
esse sed pneuma: q̃tum aũt ad latinos nõ flatũ
sed spiritũ. Quapropter in eo quod scriptum ẽ
inspirauit: vel si magis ꝓprie dicẽdũ est ĩsuffla
uit in faciem eius spũꝫ vite: si grecus nõ pnoen
sicut ibi legit̃: sed pneuma posuisset: nec sic eẽt
cõsequens vt creatorẽ spiritum qui proprie di

citur in trinitate spiritus sanctus intelligere co
geremur: qñ quidem pneuma vt dictum est nõ
solum de creatore sed etiaꝫ de creatura dici so/
lere manifestuꝫ est. Sed cum dixisset inquiunt
spirituꝫ: nõ adderet vite nisi illum spiritum san
ctum vellet intelligi. Et cuꝫ dixisset factus est
homo in animam nõ adderet viuentem nisi aĩa
vitam significaret que illi diuinitus impartitur
dono spiritus dei. Cum eniꝫ viuat aĩa inqunt ꝓ
prio sue vite modo: qd opus erat addere viuẽ/
tem nisi vt ea vita intelligeretur que illi p spiri/
tum sanctuꝫ datur. Hoc qd est aliud nisi diligẽ/
ter ꝓ humana suspiciõe ꝯtendere: et scripturas
sanctas nõ intelligenter attendere. Quid eniꝫ
magnum erat nõ ire lõgius: sed in eodeꝫ libro
ipso paulo superius legere: ꝓducat terra aĩaꝫ
viuẽteꝫ: qñ animalia t̃restria cũcta creata sũt?
Deinde aliquãtis interpositis in eodem tamen
ipso libro: qd magnũ erat aduertere qδ scriptũ
est: ⁊ oĩa que habent spirituꝫ vite: ⁊ oĩs qui erat
super aridam mortuus est: cũ insinuaret omnia
que viuebant in terra perisse diluuio? Si ergo
⁊ animam viuentem ⁊ spiritum vite etiam i pe
coribus inuenimus: sicut loqui scriptura diuina
cõsueuit: ⁊ cuꝫ hoc quoq loco vbi legit̃ omnia
que habent spiritũ vite: nõ grecus pneuma sed
pnoen dixerit: cur nõ dicimus qd opus erat vt
adderet viuenteꝫ: cũ anima nisi viuat esse non
posset? Aut quid opus erat vt adderet vite cũ
dixisset spiritũ? Sed intelligimus animam vi/
uentẽ ⁊ spiritum vite scripturã suo more dixis/
se: cuꝫ animalia. i. corpora aĩata vellet intelligi
quibus inesset per animam perspicuus iste etiã
corporis sensus. In hominis aũt conditiõe obli
uiscitur quẽadmodũ loqui scriptura ꝯsueuerit
cum suo prorsus more locuta sit: quo ĩsinuaret
hoĩem etiaꝫ rationali anima accepta quam nõ
sicut aliaꝝ carnium aquis ⁊ terra ꝓducentibus
sed deo flante creataꝫ voluit intelligi: sic tamẽ
factuꝫ vt in corpore animali quod fit anima in
eo viuente sicut illa animalia viueret: de quibꝰ
dixit: ꝓducat terra animaꝫ viuentem: ⁊ que iti
dem dixit habuisse in se spiritum vite: vbi etiaꝫ
in greco non dixit pneuma sed pnoen: non vti/
q spiritum sanctuꝫ eoꝝ animã tali exprimens
nomine: si enim dei flatus inqunt dei ore exisse
intelligit̃: quem si animam crediderimus cõse/
quens erit vt eiusdeꝫ fateamur substantie: par
temq illius sapientie que dixit ego ex ore altis
simi prodij: Non quideꝫ dixit sapientia ore dei

efflatam se fuisse: sz ex eius ore ꝓdisse. Sicut
aūt nos possumus nō de nr̄a natura q̄ hoīes su
mus: sz de isto aere circūfuso quē aspirando ac
respirādo ducimus ac reducimꝰ flatum facere
cū sufflamus ita oīpotens deus nō d̄ sua natu/
ra neq̄ de subiacenti creatura: sz etiā de nihilo
potuit facere flatū: quē corpori hoīs iserēdo in
spirasse vl' isufflasse ꝯuenientissime dictꝰ ē: icor
poreꝰ icorporeū: sz imutabil' mutabilē: qꝛ n̄ cre
atus creatū. Verūtn̄ vt sciant isti q̄ d̄ scripturis
loqui volūt ꝛ scripturarū locutiones nō aduer/
tunt: nō hoc solū dici exire ex ore dei qd̄ est eq̄/
lis eiusdēq̄ nature: audiāt vel legāt qd̄ deo di/
cente scriptū est: qm̄ tepidus es ꝛ neq̄ calidus
neq̄ frigidus incipiam te eijcere ex ore meo.
Nulla itaq̄ causa est cur aptissime loquēti resi
stamus apostolo: vbi a spirituali corpore corpꝰ
aīale discernēs. i. ab illo i q̄ facti sumꝰ hi q̄ nunc
sumus: ait: seiatur corpus aīale surget corpus
spirituale est corpus aīale ꝛ est spirituale: sicut
scriptuz est factꝰ ē primus homo adaz in aīam
viuentē nouissimus adaz i spiritū viuificantez
Sed nō primū qd̄ spirituale: sz qd̄ animale. po/
stea spirituale. Primꝰ homo de terra terrenus
secundus homo de celo celestis. Qualis t̄renꝰ
tales et t̄reni: ꝛ qualis celestis tales ꝛ celestes.
Et quomodo induimus imaginez terreni indu
amus ꝛ imaginē q̄ de celo est. De q̄bus omnibꝰ
apostolicis verbis supius locuti sumus. Corpꝰ
igit̄ aīale in quo primum hoīez adaz factū dicit
apostolus: sic erat factū nō vt mori oīno nō pos
set: sed vt nō moreret̄ nisi homo peccasset. Naz
illud qd̄ spiritu viuificante spūale erit ꝛ imorta
le mori oīno nō poterit: sicut aīa creata est imor
talis: q̄ lz peccato mortua phibeat̄ carens qua
daz vita sua hoc est dei spiritu: quo etiaz sapien
ter ꝛ beate viuere poterat: tn̄ ꝓpria quadam lz
misera vita sua nō desinit viuere: qꝛ iaz imorta/
lis est creata. Sicut enī desertores angeli lz ſm
quēdā modum mortui sunt peccando: qꝛ fontē
vite deseruerūt q̄ deus est: q̄ non peccando sa/
pienter ꝛ beate poterant viuere: tn̄ nō sic mori
potuerūt vt oīno desisterēt viuere atq̄ sentire
qm̄ imortales creati sunt atq̄ ita i secundā mor
tem post vltimum p̄cipitabunt̄ iudiciuz: vt nec
illic vita careant: q̄ndoq̄dez etiā sensu cum i do
loribus futuri sunt nō carebunt. Sed hoīes ad
dei grām ptinentes ciues sanctoꝝ angeloꝝ in
beata vita manētium: ita spiritualibus corpori
bus iduētur: vt neq̄ peccēt amplius neq̄ mo/
riant̄: ea tn̄ imortalitate vestiti: que sicut ange/
loꝝ nec peccato potest auferri: natura q̄dē ma/
nēte carnis: sz nulla oīno carnali corruptibilita
te vel tarditate remanēte. Seq̄t̄ āt q̄stio neces/
sario ptractanda: ꝛ dn̄o deo veritatis adiuuan
te soluēda: Si libido mēbroꝝ inobediētium ex
peccato inobediētie i illis primis hoībus cum il
los diuina gratia deseruisset exorta ē: vnde in
suam nuditatē oculos aperuerunt. i. eam curi/
osius aduerterūt: ꝛ qꝛ impudēs motus arbitrio
resistebat pudēda texerūt. quomodo essent fi/
lios ꝓpagaturi: si vt creati fuerant sine preuari
catione mansissent. Sed qꝛ ꝛ liber iste clauden
dus est: nec tanta ista questio in sermonis angu
stias coartanda in eum qui sequitur commodi/
ore disputatione differatur.

¶ Aurelij augustini de ciuitate dei liber. xiiij.

¶ Per inobedientiam primi hominis in secun/
de mortis ꝑpetuitatem ruituros fuisse multos:
nisi dei gratia liberaret. Capitulum primum.

Dixi(m)us iam in su/
perioribus libris ad humanuz genꝰ
non solum nature similitudine soci/
andum: verumetiam quadam cognationis ne/
cessitudine in vnitatē concordez pacis vinculo
colligāduz ex hoīe vno deū voluisse hoīes insti
tuere: neq̄ hoc genꝰ fuisse i singulis q̄busq̄ mo
rituꝝ: nisi duo p̄mi quoꝝ creatus ē vnꝰ ex nul/
lo alter ex illo: id inobediētia meruissēt: a q̄bus
admissum est tam grande peccatum: vt in dete
rius eo natura mutaretur humana: etiaz in po/
steros obligatione peccati ꝛ mortis necessitate
transmissa. Mortis autez regnum in homines
vsq̄ adeo dominatum est: vt omnes in secundā
quoq̄ mortem cuius nullus est finis pena debi
ta precipites ageret: nisi inde quosdaz indebita
dei gratia liberaret. r Ac p hoc factuz est: vt cū
tot tanteq̄ gētes p terraruz orbem diuersis ri/
tibus moribusq̄ viuentes: multiplici linguaruz
armorum: vestium: sint varietate distincte: nō
tamen amplius q̄z duo quedam genera huma/
ne societatis existerēt: quas ciuitates duas ſm
scripturas nostras merito appellare possumꝰ.
Una quippe est hominum ſm carnez: altera se
cundum spiritum viuere in sui cuiusq̄ generis
pace volentium: ꝛ cum id quod expetunt asse/
quunt̄ sui cuiusq̄ grneris pace viuētium.

¶ De vita carnali q̄ nō ex corporis tantū: sz etiā
ex animi sit itelligēda vitijs. Caplm. ij.

p Rius ergo videndũ est quid sit ꝺ carnez: qd ꝺm spiritum viuere. Quisquis enim hoc qꝺ diximus prima fronte inspicit: vel non recolēs vel minus aduertēs quē admodũ scripture sancte loquãtur: pōt putare philosophos qdez epicureos ꝺm carnez viuere qꝛ sũmum bonũ hoīs in corporis voluptate posuerũt: ꝛ siq alij sunt quoquomodo corporis bonum sũmuz bonum esse hoīs opinati sunt: ꝛ oē eorum vulgus q nō aliquo dogmate vel eo modo philosophant̃: sed proclines ad libidinē: nisi ex voluptatibus quas corporeis sensibus capiunt gaudere nesciũt: stoicos aũt qui sũmum bonum hominis in animo ponunt ꝺm spiritũ viuere: qꝛ ꝛ hominis animus qd ē nisi spiritus? Sed sicut loquit̃ scriptura diuina: ꝺm carnez viuere vtrique monstrant̃. Carnē qppe appellat non solum corpus terreni atque mortalis animãtis: veluti cuz dicit: nō oīs caro eadē caro: sꝫ alia qdez hoīs alia aũt caro pecoris: alia volucrum: alia pisciũ: sed alijs multis modis significatiōe huiꝰ noīs vtit̃: inter q̊s varios locutiōis modos sepe etiã ipsum hoīez.i. naturã hoīs carnē nũcupat: modo locutionis a pte totuz: quale ē ex opibus legis nō iustificabit̃ oīs caro. Quid eni hic voluit intelligi nisi oēs hoīes? Qꝺ apertius paulo post ait. In lege nemo iustificat̃. Et ad galatas Scientes aũt qꝛ nō iustificat̃ homo ex operibꝰ legis. Secũdũ hoc itelligitur: ꝛ verbũ caro factum est.i. homo. Qꝺ nō recte accipiētes qdaz putauerũt xp̄o humanam animã defuisse. Sicut eni a toto pars accipit̃: vbi marie magdalene verba i euangelio legũtur dicentis: tulerũt dñm meuz et nescio vbi posuerũt eum cũ de sola xp̄i carne loqueret̃: quã pfecto sepultam de monumēto ptabat ablatam: ita ꝛ a parte totũ carne noīata intelligit̃ homo: sicut ea sunt que supra cōmemorauimus. Cũ igit̃ multis modis quos pscrutari ꝛ colligere lōguz est: diuina scriptura nuncupet carnem: quid sit ꝺm carnem viuere: quod profecto malum est cum ipsa carnis natura non sit malum vt indagare possimus. inspiciamus diligenter illum locum epistole pauli apostoli quã scripsit ad galathas vbi ait. Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicationes: imũdicie: luxurie: idolorũ seruitus: veneficia: inimicicie: cōtētiones: emulationes: aiositates: dissensiōes: hereses: inuidie: ebrietates: comessationes: ꝛ his similia: q̄ predico vobis sicut pdixi: qm̄ q talia agũt: regnũ dei n̄ possidebũt. Iste totꝰ ep̄le ap̄lice locꝰ q̄tũ ad rez presētem esse videbit̃ consideratus: poterit hãc dissoluere q̄stionē: qd sit ꝺm carnē viuere. In opibus nãque carnis q̄ manifesta eē dixit: eaque cōmemorata dãnauit: nō illa tm̄ inuenimus q̄ ad voluptatē ptinēt carnis: sicuti sunt fornicationes: imundicie: luxurie: ebrietates: comessationes: verũetiã illa qbus animi vitia demōstrantur a voluptate carnis aliena. Quis eniz seruitutez q̄ idolis exhibet̃: veneficia: inimicitias: cōtentiones: emulationes: aiositates: dissensiōes: hereses: inuidias: nō potius itelligat animi vitia esse q̄ carnis q̄nquidez fieri pōt vt ppter idolatriã vel heresis alicuius errorez a voluptatibꝰ carnis temperetur? Et tamen etiam tũc homo q̄uis carnis libidines continere: atque cohibere videatur: ꝺm carnem viuere hac apostolica auctoritate cōuincitur: ꝛ in eo quod abstinet a voluptatibus carnis: damnabilia opa carnis agere demōstratur. Quis inimicitias non in animo habeat. Aut quis ita loquat̃ vt inimico suo vel quē putat inimicũ dicat: malã carnē ac nō potius malũ animũ hēs aduersũ me? Postremo sicut carnalitates: vt ita dicã: siqs audisset: non dubitaret carni tribuere: ita nemo dubitat animositates ad animuz ptinere. Cur ergo hec oīa ꝛ his similia doctor gentium in fide et veritate opera carnis appellat: nisi quia eo locutionis modo quo totum significatur a parte: ipsuz hominem vult nomine carnis intelligi? Quod si quisquã dicit carnem causam esse in malis moribus quorunque vitioruz: eo q̄ anima carne affecta sic viuit: pfecto non vniuersam hominis naturam diligenter aduertit. Nam corpus quidē corruptibile aggrauat animam. Unde etiã idez apostolus agens de hoc corruptibili corpore: de quo paulo ãte dixerat ꝛ si exterior homo noster corrumpitur: scimus inquit quia si terrena nostra domus huius habitationis dissoluatur: q̄ edificationem habemus a deo domum nō manufactã eternã i celis. Etenī i hoc igemiscimꝰ: hitaculũ nr̄z qꝺ de celo ē supīdui cupientes: si tñ iduti n̄ nudi iueniamur: Eteīz q̄diu sumꝰ i hac hitatōe igemiscimꝰ grauati eo q̄ noluīꝰ expolari: sꝫ supuestiri: vt absorbeat̃ mortale a vita: Et aggrauamur igit̃ corruptibili corpore: ꝛ ipsiꝰ aggrauatiōis cãm nō nãz substãtiã que corporis: sꝫ eius corruptionē sciētes nolumꝰ corpore expoliari: sꝫ eius immortalitate superuestiri. Et tunc ergo erit corpus: sed quia cor

ruptibile nō erit: nō grauabit. Aggrauat ergo nūc animā corpus corruptibile: ⁊ deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē: veꝝ tamē qui omnia anime mala ex corpore putāt accidisse in errore sunt.

¶ Peccati causam ex aīa nō ex carne ꝓdisse ⁊ corruptionē ex peccato contractā non peccatum esse sed penam. Capitulū .iij.

QUāuis .n. Uirgilius platonicā videat luculentis versibus explicare sententiā dicens. Igneus ē illis vigor ⁊ celestis origo. Seminibꝰ quantū nō noxia corpora tardāt. Terreniqꝫ hebetant artus moribūdaqꝫ mēbra. Oēsqꝫ illas notissimas q̄ttuor animi perturbatiōes: cupiditatē: timorē: letitiā: tristitiā quasi origines oīuꝫ peccatorū atqꝫ vitiorꝫ volēs itelligi ex corpore accidere subiungat ⁊ dicat. Hinc metuūt cupiūt gaudētqꝫ doletqꝫ. Nec auras suscipiūt clause tenebris ⁊ carcere ceco. Tamē alr̄ se habet fides nostra. Nā corruptio corporis q̄ aggrauat animā: nō peccati ꝓmi ē cā ſꝫ pena: nec caro corruptibilis animaꝫ peccatricē: sed aīa peccatrix fecit esse corruptibilē carnē. Ex qua corruptiōe carnis licet existant qnedā incitamenta vitioꝝ ⁊ ipsa desideria vitiosa: nō tamē oīa vite inique vitia tribuēda sunt carni: ne ab his omnibꝰ purgemus diabolum q̄ non habet carnē. Etsi enim diabolus fornicator vel ebriosus: vel siquid huius mali est quod ad carnis pertinet voluptates nō pōt dici: cū sit ēt taliū peccatoꝝ suasor ⁊ instigator occultꝰ: ē tñ maxime supbꝰ atqꝫ inuidus. Que illū vitiositas sic obtinuit: vt ꝓpter hanc eēt in carceribꝰ caligiosi huius aeris eterno supplicio destinatꝰ. Hec aūt vitia q̄ tenent i diabolo ꝓncipatū: carni tribuit apl's: quā certū ē diabolū nō hēre. Dicit .n. inimicitias: cōtētiones: emulationes: animositates: inuidias eē opera carnis: quoꝝ omniū malorū caput atqꝫ origo supbia ē que sine carne regnat in diabolo. Quis aūt illo ē inimicitior sanctis? Quis aduersus eos cōtentior: animosior: ⁊ magis emulus atqꝫ iuidus iuenit? Et hec oīa cū habeat sine carne: quomodo sunt ista opa carnis: nisi q2 opera sunt hominis quē sicut dixi noīe carnis appellat. Nō .n. habēdo carnē quā nō hꝫ diabolus: ſꝫ viuēdo ſm seipsū hoc ē ſm hominē: factus ē hō similis diabolo: q2 ⁊ ille secūdū seipsuꝫ viuere voluit quādo i ỽitate nō stetit: vt nō de dei sed de suo mēdaciū loqueret̄: q̄ nō solū mendax verū etiaꝫ mendacij pater ē. Primꝰ ē q̄ppe mentitus: ⁊ a quo peccatū: ab illo cepit esse mendacium.

¶ Quid sit secundum hominem quidue secundum deum viuere. Capitulum .iiij.

CUm ergo viuit hō secūdū hoīeꝫ nō secūdū deum: similis ē diabolo: q2 nec angelo secūdū āgelū ſꝫ ſm deū viuendū fuit vt staret in veritate: ⁊ ỽitatē illius non de suo mēdaciū loqueret̄. Nā ⁊ de hoīe alio loco idē apl's ait. Si āt ỽitas dei i meo mēdacio abūdauit: Meū dixit mēdaciū: veritatē dei. Cū itaqꝫ viuit hō ſm veritatē: nō viuit ſꝫ seipꝫ ſꝫ ſm deū. Deꝰ ē .n. qui dixit ego sū ỽitas. Cum ỽo viuit ſm seipsū: hoc ē ſm hoīeꝫ nō ſm deū: ꝓfecto secūdū mendaciū viuit: nō quia homo ipse mendaciū ē cum sit eius auctor ⁊ creator deꝰ qui nō ē vtiqꝫ auctor creatorqꝫ mēdacij: ſꝫ quia homo ita factꝰ ē rectus: vt non secundum seipsū sed secūdū eum a quo factus est viueret idest illius potius q̄ꝫ suam faceret voluntateꝫ: non autem ita viuere quēadmodum est factus vt viueret: hoc est mendacium. Beatꝰ quippe vult eē: etiā nō sic viuendo vt possit eē. Quid est hac voluntate mēdaciꝰ? Unde non frustra dici pōt omne peccatū eē mēdaciū. Non .n. fit peccatū nisi a voluntate qua volumꝰ vt bene sit nobis vl' nolumꝰ vt male sit nobis. Ergo mēdaciū ē q̄d cū fiat vt bene sit nobis: hinc potius male ē nobis: vel cū fiat vt melius sit nobis: hic potiꝰ peius ē nobis. Unde hoc nisi q2 de eo bene pōt eē homini quē deliquēdo deserit: nō de seipso ſm quē viuēdo delinqt. Quod itaqꝫ diximꝰ hic extitisse ciuitates duas diuersas inter se atqꝫ cōtrarias: q2 alij ſm carnē: alij ſm spūm viuerēt: pōt ēt isto mō dici q̄d alij ſm hominēꝫ: alij ſm deū viuāt. Aptissime q̄ppe Paulus ad corītios dicit. Cū .n. sint iter vos emulatio ⁊ cōtētio: nōne carnales estis: ⁊ ſm hoīeꝫ ābulatis? Q̄d ergo ē ābulare ſm hoīeꝫ: hoc ē ſm hoiem viuere: q̄d a carne .i. a pte hoīs minore ītelligit̄ homo. Eosdeꝫ ipsos quippe dixit superius animales quos postea carnales ita loquēs. Quis enim scit inquit hominum que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui est in ipso? Sic ⁊ que dei sunt nemo scit: nisi spiritus dei. Nos autem inquit non spiritum huius mundi accepimus: ſꝫ spūꝫ qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis: que ⁊ loquimur non in sapientie humane doctis verbis: sed in doctrina spiritus spiritalibus spiritualia comparantes.

Aialis autem homo non percipit que sunt spiri
tus dei:stultitia ē.n.illi. Talib⁹igiꝰ.i. animali/
bus paulopost dicit. Et ego fratres nō potui lo
qui vobis quasi spūalib⁹sed quasi carnalibus.
Et illud ꝛ hoc eodē loquēdi modo itelligiꝰ.i. a
parte totū. Et ab aīa nāq; ex carne que sūt par
tes hominis :pōt totū significari quod ē homo:
atq; ita nō ē aliud aīalis homo aliud carnalis:sꝫ
idē ipsū est vtrūq;.i. secūdū hominē viuēs hō.
sicut ꝛ non aliud q̄ hoies significanꝰ: siue vbi
legiꝰ ex operibus legis nō iustificaꝰ omnis ca/
ro:siue quod scriptū est.lxxv.anime descende
runt in egyptū cū iacob:ꝛ ibi.n.per omnē car/
nem oīs hō:ꝛ hi per.lxxv.aīas.lxxv.hoies itel/
liguntꝰ. Et quod dictū ē nō in sapiētie humane
doctis verbis potuit dici nō sapiētia carnalis:
sicut quod dictū ē secūdū hominē ambulantis
potuit dici secūdū carnē. Magis aūt hoc ap/
paruit in his que subiūxit: Cū.n.quis dicat ego
suꝫ Pauli:ali⁹ āt ego Apollo:nōne hoies estis?
Quod dicebat animales estis ꝛ carnales estis:
expressius dicit hoies estis:quod est secunduꝫ
hominē ē viuitis non secundum deū: secundū
quem si viueretis dij essetis.

¶ Quod de corporis animeq; natura tolerabi
lior qdē platonicoꝝ q̄ manicheoꝝ sit opinio: sꝫ
ꝛ ipsi reprobanꝰ quoniā vitioꝝ causas nature
carnis ascribunt. Capitulū.v.

Non igiꝰ opus ē i peccatis vitijsq; no/
stris:ad creatoris iniuriā carnis accu/
sare naturā q̄ in genere atq; ordie suo
bona ē:sed deserto creatore bono: viuere secū
dū creatū bonū nō ē bonū:siue quisq; secūduꝫ
carnē:siue secūdū animā:siue secūdū homineꝫ
totum qui cōstat ex anima ꝛ carne: vnde ꝛ no/
mine solius aīe ꝛ nomine solius carnis signifi/
cari pōt:eligat viuere. Naꝫ qui velut summū
bonū laudat aīe naturā:ꝛ tanq̄ malū naturaꝫ
carnis accusat:profecto ꝛ animā carnaliter ap
petit:ꝛ carnē carnaliter fugit:quoniā id vani
tate sentit hūana:nō veritate diuina. Non qui
dē platonici sicut manichei desipiunt: vt tanq̄
mali naturā terrena corpora detestenꝰ:cū oīa
elemēta quib⁹iste mūdus visibilis cōtrectabilis
q; cōpact⁹ē:qualitatesq; eoꝝ deo artifici tribu
ant. Verūtñ ex terrenis artubus moribūdis/
q; mēbris sic affici aīas opinanꝰ: vt hinc eis sint
morbi cupiditatū ꝛ timoꝝ:ꝛ letitie siue tristitie
quib⁹quattuor vl' perturbationibus vt Cice/
ro appellat: vl' passionib⁹ vt plerisq; verbuꝫ de
verbo greco exprimunt: omnis humanoꝝ mo
rum vitiositas contineꝰ. Quod si ita est quid ē
q̄ Eneas apud virgiliū cū audisset a p̄re apud
inferos:animas rursus ad corpora redituras:
hanc opinionē miratur exclamās. O pater an
ne aliquas ad celū hic ire putādū ē. Sublimes
aīas:iterūq; ad tarda reuerti Corpora: que lu/
cis miseris tā dira cupido? Nūquid nā hec tam
dira cupido ex terrenis artubus moribundisq;
mēbris adhuc inest animaꝝ illi predicatissime
puritati. Nōne ab huiusmodi corporeis vt di/
cit pestib⁹oībus eas asserit eē purgatas:cū rur
sus incipiūt in corpora velle reuerti? Unde col
ligiꝰ ēt si ita se haberet quod ē oīno vanissimuꝫ
vicissim alternās incessabiliter eūtium atq; re/
deuntiū aīaꝝ mūdatio ꝛ inquinatio:nō potuis/
se veraciter dici oēs culpabiles atq; vitiosos
motus animaꝝ eis ex terrenis corporib⁹ inole
scere. Siquidē secūdū ipsos illa vt poeta pre/
fat⁹eloquiꝰ lucis tā dira cupido: vsq; adeo nō
ē ex corpore: vt ab omni corporea peste purga
tam. ꝛ extra oē corpus animā cōstitutā:ipsā cō
pellat esse in corpore. Unde ēt illis fatentibus
nō ex carne tm̄ afficiꝰ anima: vt cupiat metuat
letetur ꝛ tristetur: verum etiaꝫ ex seipsa his po
test motibus agitari.

¶ De q̄litate volūtatis hūane sub cui⁹ iudicio
affectiōes animi aut praue hñꝰ aut recte. C.vi.

Interest āt q̄lis sit volūtas hoīs qꝛ si p
uersa ē puersos hēbit hos mot⁹: si aūt
recta ē nō solū iculpabiles verū etiam
laudabiles erūt. Volūtas ē qppe i oīb⁹ imo oēs
nihil aliud q̄ volūtates sūt. Nā qd ē cupiditas
ꝛ letitia:nisi volūtas i eoꝝ cōfessioneꝫ q̄ volu/
m⁹. Et qd ē met⁹ atq; tristitia:nisi volūtas i dis/
sensionē ab ijs q̄ volum⁹. Sꝫ cū consentim⁹ ap/
petēdo ea q̄ volum⁹ cupiditas:cū aūt ɔsentim⁹
fruēdo his q̄ volum⁹ letitia vocaꝰ. Itēq; cum
dissentim⁹ ab eo qd̄ accidere nolum⁹ tal' volū/
tas met⁹ ē:cū āt dissentim⁹ ab eo qd̄ nolētib⁹ ac
cidit:talis volūtas tristitia ē: Et oīno pro varie
tate reꝝ q̄ appetūꝰ atq; fugiūꝰ:sicut alliciꝰ vl'
offēdiꝰ volūtas hoīs:ita i hos vl' illos affectus
mutaꝰ ꝛ vꝰtiꝰ. Quapropꝰ hō q ꝫ deū ñ ꝫ hoieꝫ
viuit:oꝫ vt sit amator bōi: vñ fit ɔseq̄ns vt ma/
lū oderit. Et qm̄ nemo nā:sꝫ q̄sq̄s malus ē vitio
malus ē pfcm̄ odiū ōbet mal' q ꝫ deū viuit: vt
nec pp vitiū oderit hoieꝫ nec amet vitiū pp hōi
nē:sꝫ oderit vitiū:amet hoieꝫ. Sanato.n. vitio
totū qd̄ amaꝰ nihil āt qd̄ ōbeat odisse ꝰmāebit.

¶ Amorē ꝛ delectationē indifferenter et ī bono
ꝛ in malo apud sacras lr̄as īueniri. Caplm̄. vij.

N Am cui⁹ propositū ē amare deū ꝛ nō se
cūdum hoīem sed secūdum amare ꝓxi
mū sicut etiā seipm̄: proculdubio ꝓpter
hunc amorē dicitur volūtatis bone: que vsitati
us in scripturis sanctis caritas appellaṫ: sꝫ amor
quoqꝫ secūdum easdē sacras litteras dicit̄. Nā
et amatorē boni dicit apostolus eē debere: quez
regēdo populo p̄cipit eligendū. Et ipse dn̄s pe
trum apostolū interrogās: cum dixisset: diligis
me plus his: ille respondit dn̄e tu scis qꝛ amo te.
Et iteꝝ dn̄s quesiuit nō vtrū amaret: sed vtruꝫ
diligeret eū petrus. At ille respōdit ei iterū dn̄e
tu scis qꝛ amo te. Tertia vero interrogatione ꝛ
ipse iesus nō ait diligis me sed amas me: vbi se
cutus ait euāgelista. Cōtristatus ē petrus qꝛ di
xit ei tertio amas me: cuꝫ dn̄s nō tertio sꝫ semel
dixerit amas me: bis aūt dixerit diligis me. Un
de intelligim⁹ qꝛ cū dicebat dn̄s diligis me: nihil
aliud dicebat q̄ꝫ amas me. Petrus aūt non mu
tauit huius vni⁹ rei verbū: sed etiam tertio dn̄e
inqt tu oīa scis: tu scis qꝛ amo te. Hoc ꝓpterea
cōmemorandū putaui: qꝛ nōnulli arbitranṫ ali
ud eē dilectionē siue caritatē: aliud amoreꝫ. Di
cūt enim dilectionē accipiēdam eē ī bono: amo
rem in malo. Sic aūt nec ipsos auctores secula
riū lr̄arū locutos esse certissimū ē. Sꝫ viderint
ph̄i vtrū vel qua rōne ista discernant. Amoreꝫ
tn̄ eos in bonis rebus ꝛ erga ip̄m deū magnipē
dere libri eoꝝ satis loquūtur. Sꝫ scripturas re
ligiōis nr̄e quarū auctoritatē ceteris oībus lr̄is
anteponim⁹: nō aliud dicere amorē al'd dilectō
nem vel caritatē insinuādū fuit. Nam ꝛ amorē ī
bono dici iaꝫ ōndim⁹. Sed ne qs existimet amo
rē quidē ꝛ in bono ꝛ in malo: dilectionē autē nō
nisi in bono esse dicēdā: illud attēdat quod ī psal
mo scriptū est. Qui aūt diligit inīqtatē: odit ani
mā suam. Et illud apostoli ioānis. siqs dilexerit
mūdū: nō est dilectio patris in illo. Ecce vno lo
co dilectio ꝛ in bono ꝛ in malo. Amorē aūt ī ma
lo: qꝛ in bono iā ostēdimus: ne quisq̄ꝫ flagitet le
gat qd̄ scriptū ē. Erūt enim hoīes seipsos aman
tes: amatores vtiqꝫ pecunie. Recta itaqꝫ volū
tas est bonus amor: et volūtas peruersa malus
amor. Amor ergo inhians habere qd̄ amat cupi
ditas ē: id aūt habēs eoqꝫ fruēs leticia. Fugiēs
qd̄ ei aduersatur timor est: idq̄ꝫ si acciderit senti
ens tristitia ē. Proinde mala sūt ista si malus est
amō: bona si bonus. Qd̄ dicimus de scripturis
ꝓbemus. Concupiscit apostolus dissolui et esse
cū christo: ꝛ concupiuit aīa mea desiderare iudi
cia tua in oī tp̄e. Uel si accōmodatius dicit̄ desi
derauit aīa mea cōcupiscere iudicia tua. Et cō
cupiscentia sapientie ꝑducit ad regnuꝫ. Hoc tn̄
loquendi obtinuit cōsuetudo vt si cupiditas vel
concupiscētia dicaṫ: nec addaṫ: cuius rei sit: nō
nisi in malo possit intelligi. Leticia apud psalmi
quereret̃:supius ꝑdixit scriptura. Et erat esau
homo sciens venari agrestis. Iacob aũt homo
simplex habitãs domũ. Hoc nostri quidã inter
pretati sunt:sine dolo. Siue aũt sine dolo siue
simplex:siue potius sine fictõe dicatur: quod ẽ
grece aplastos:quis in ista benedictiõe percipi
ẽda dolus hoĩs sine dolo? Quis est dolus sim/
plicis? Que fictio nõ mentiẽtis:nisi ꝓfundum
mysteriũ veritatis? Ipsa autẽ benedictio qua/
lis est? Ecce inq̃t odor filij mei tanq̃ꝫ odor agri
pleni:quẽ benedixit dñs. Et det tibi deꝰ de ro/
re celi ⁊ de pinguedine t̃re multitudinẽ frumẽ
ti ⁊ vini:⁊ seruiãt tibi gentes ⁊ adorent te prin
cipes:⁊ fias dñs fratris tui:et adorabũt te filij
patris tui. Qui maledixerit te maledictꝰ erit ⁊
qui bñdixerit te benedictiõibꝰ repleat̃. Bene/
dictio igitur iacob ꝑdicatio christi est in oĩbꝰ gẽ
tibus. Hoc facto igitur lex et ꝓphetia est isaac
Et per os iudeorũ christus ab illa benedicitur
velut a nesciente:quia ĩ ea ab eis ipse nescitur
Odore noĩs christi sicut ager mũdus implet̃.
Eius est benedictio de rore celi hoc est de ver
boruꝫ pluuia diuinoꝝ:⁊ de vbertate t̃re hoc ẽ
de ꝯgregatiõe pplõꝝ:eiꝰ ẽ ⁊ mltitudo frumẽti
⁊ vini:hẽ mltitudo quã colligit frumẽtũ ⁊ vinũ
ĩ sacro corporis eius ⁊ sanguinis eiꝰ. Ei seruiũt
gentes ipm adorant principes. Ipse ẽ dñs fris
sui:quia populus eius dñatur iudeis. Ipꝫ ado/
rant filij patris eiꝰ:hoc est filij abrae secũduꝫ fi/
dem:qꝛ ⁊ ipe ẽ filius abrae secũdũ carnẽ. Ipm
qui maledixerit maledictus:⁊ qui bñdixerit be
nedictꝰ est. Christꝰ inq̃ꝫ noster etiã ex ore iudeo
rum q̃ꝫuis errantiũ sed tñ legem ꝓphetasq̃ꝫ cã
tantiũ benedicitur:idest veraciter dicit̃:⁊ alius
benedici putatur qui ab eis errãtibus expecta
tur. Ecce benedictionẽ ꝓmissam petente maio
re expauescit isaac:⁊ aliuꝫ se pro alio bñdixisse
agnoscit. Miratur ⁊ quis nã ille sit percũctat̃:
nec tñ se deceptum esse cõqueritur:imo confe
stim reuelato sibi intꝰ in corde magno sacramẽ
to deuitat indignationẽ:ꝯfirmat benedictiõeꝫ.
Quis ergo inq̃t venatus ẽ mihi venationem ⁊
intulit mihi:⁊ mãducaui de oĩbus anteq̃ꝫ tu ve
nires? Et benedixi eũ ⁊ benedictꝰ sit. Quis nõ
hic maledictionẽ potiꝰ expectarꝫ irati: si hec nõ
supna inspiratiõe sed terreno more gererẽtur?
O res gestas sed prophetice gestas:in terra sꝫ
celitus:per homines sed diuinitus. Si excutiã
tur singula tantis fecunda mysterijs multa sũt
implenda volumina:sed huic opi modus mode
rate ĩponẽdus nos in alia festinare compellit.

¶De remissiõe iacob ĩ mesopotamiã ad accipi/
endã vxorẽ:⁊ de visione quã in itinere somnia/
uit:⁊ de quatuor ipsius feminis cum vnam pe/
tisset vxorem. Capitulum.xxxviij.

Mittit̃ iacob a parẽtibꝰ in mesopotamiã
vt ibi ducat vxorẽ. patris mittẽtis hec
verba sũt. Nõ accipies vxorẽ ex filia
bus chananeoꝝ. Surgẽs fuge in mesopotami
am in domũ bathuel patris matris tue: ⁊ sume
tibi inde vxorẽ de filiabꝰ labã fratris mr̃is tue.
Deus autem meus benedicat te ⁊ augeat te et
multiplicet te. Et eris in cõgregationes gẽtiũ:
⁊ det tibi benedictionẽ abraam patris tui:⁊ ti/
bi ⁊ semini tuo post te: vt heres fias terre inco/
latus tui quam dedit deus abrae. Hic iam itel
ligimus segregatum semen iacob ab alio semi/
ne isaac:quod factum est per esau. Quãdo enĩ
dictũ ẽ in isaac vocabitur tibi semen:pertinẽs
vtiq̃ꝫ semẽ ad ciuitatẽ dei separatũ est inde ali/
ud semen abrae quod erat in ãcille filio: qđ fu/
turum erat in filijs cethure. Sꝫ adhuc erat am
biguum de duobus geminis filijs isaac an ad

vtrū𝔮 an ad vnū eorū illa benedictio pertieret
Et si ad vnum quis naꝫ esset illorū. Quod nunc
declaratū est: cum prophetice a p̄re benedicit̄
iacob: ⁊ dicit̄ ei ⁊ eris in congregatiōe gentiuꝫ:
⁊ det tibi bn̄dictionē abrae patris tui. Pergēs
ita𝔮 in mesopotamiā iacob ī sōnis accepit ora/
culum de quo sic scriptū est. Et exiuit iacob a
puteo iuratiōis: ⁊ ꝓfectus est in charrā ⁊ inde
venit in locū ⁊ dormiuit ibi. Occiderat eniꝫ sol
⁊ sūpsit ex lapidibus loci ⁊ posuit ad caput suū
⁊ dormiuit in loco illo et sōniauit. Et ecce scala
stabilita sup terram cuiꝰ caput pertingebat ad
celū: ⁊ angeli dei ascendebāt ⁊ descendebāt ꝑ
illā: ⁊ dominus icūbebat super illā ⁊ dixit. Ego
sum deus abraā patris tui: ⁊ deus isaac: noli ti/
mere: terrā in qua dormis super eā tibi dabo il/
lam ⁊ semini tuo. Et erit semen tuū sicut arena
terre: ⁊ dilatabitur sup mare: ⁊ in africū ⁊ in aq
lonē ⁊ ad orientē: ⁊ benedicent̄ in te oēs tribus
terre ⁊ in semie tuo: ⁊ ecce ego sū tecum custo/
diens te in oī via quacun𝔮 ibis: ⁊ reducam te
in terraꝫ hāc: q2 ego nō te derelinquā donec fa
ciam oia que tecū locutꝰ sū. Et surrexit iacob
de sōno suo: ⁊ dixit: q2 dn̄s ē in loco hoc et ego
nesciebā. Et timuit ⁊ dixit: 𝔮̄ t̄ribilis locus hic:
nō est hic nisi domus dei: ⁊ hec pōrta est celi. Et
surrexit iacob ⁊ sūpsit lapidē quē supposuit ca/
piti suo: ⁊ statuit illū in titulū: ⁊ superfudit oleū
in cacumine eius: ⁊ vocauit iacob nomē loci illi
us domus dei. Hoc ad prophetiā ꝑtinet. Nec
more idolatrie lapideꝫ ꝑfudit oleo iacob: velut
faciēs illuꝫ deū: ne𝔮.n. adorauit eundē lapidē
vel ei sacrificauit: sed qm̄ christi nomen a chris/
mate est.i. ab vnctiōe: profecto figuratū ē hinc
aliquid quod ad magnū pertineat sacramētū
Scalā vero istam intelligitur ipse saluator no/
bis in memoriā reuocare in euangelio. Ubi cū
dixisset d̄ nathanaele ecce vere israelita ī quo
dolus nō est: quia israel viderat istā visionē. Ip
se est enim iacob: eodē loco ait. Amē amē dico
vobis videbitis celū aptū ⁊ angelos dei ascen/
dentes ⁊ descēdentes super filiū hoīs. Perre/
xit ergo iacob in mesopotamiā: vt inde accipet
vxorē. Unde aūt illi acciderit quatuor habere
feminas de q̄bus duodecim filios ⁊ vnā filiam
ꝓcreauit: cum earū nullā cōcupisceret illicite ī
dicat scriptura diuina. Ad vnā quippe accipiē/
dam venerat: sed cū illi altera ꝓ altera suppo/
sita fuisset: nec ipam dimisit qua nesciens vsus
fuerat in nocte: ne ludibrio eaꝫ videret̄ habuis/
se. Et ex eo tēpore qm̄ multiplicande posterita
tis causa plures vxores lex nulla ꝓhibebat: ac/
cepit etiā illā cui vni iam futuri cōiugij fideꝫ fe/
cerat. Que cū esset sterilis: ancillā suaꝫ de qua
filios ipsa suscipet marito dedit: quod etiaꝫ ma
ior soror eius quāuis pepisset imitata: qm̄ mul/
tiplicare ꝓlem cupiebat effecit. Nullā igit̄ ia/
cob legitur petisse preter vnā: nec vsus ꝑlimis
nisi gignēde prolis officio cōiugali iure seruato
vt ne𝔮 hoc faceret nisi vxores eius id fieri fla/
gitassēt: q̄ corpis viri sui hēbāt legitimā ꝑtāteꝫ.

¶ Que ratio fuerit vt etiam israel cognomina
retur. Capitulum. xxxix.

Genuit ergo duodecim filios ⁊ vnā fili/
am ex quatuor mulieribꝰ. Deīde igres/
sus ē in egyptū ꝑ filiū suū ioseph: q vē/
ditus ab inuidentibus fratribus: eo𝔮 ꝑductus
fuit at𝔮 ibidē sublimatus. Jacob autem etiaꝫ
israel sicut pauloante dixi vocabatur: quod no
men magis populus ex illo ꝓcreatus obtinuit.
Hoc aūt nomen illi ab angelo impositū est: qui
cū illo fuerat in itinere de mesopotamia redeū
te luctatus typum christi euidentissime gerēs.
Nam ꝙ ei preualuit iacob vti𝔮 volenti: vt my
steriū figuraret: significat passioneꝫ christi: vbi
visi sunt ei ꝓualere iudei. Et tn̄ benedictionem
ab eodem angelo quem superauerat ipetrauit
ac sic huius nominis īpositio bn̄dictio fuit. Int̄
pretatur aūt israel videns deū: quod erit ī fine
premiuꝫ sanctorum omnium. Tetigit porro illi
idem angelus veluti preualenti latitudineꝫ fe
moris: eū𝔮 isto modo claudum reddidit. Erat
ita𝔮 vnus at𝔮 idē iacob: ⁊ benedictus et clau
dus: benedictꝰ in eis qui in christum ex eodē po
pulo crediderunt: at𝔮 infidelibꝰ claudus. Nā
femoris latitudo generis multitudo ē. Plures
quippe sunt q in ea stirpe de quibus prophetice
predictum est: ⁊ claudicauerūt a semitis suis.

¶ Quō cū septuagītaqn𝔮 aīabus egyptū nar
retur ingressus: cū pleri𝔮 ex eis qui cōmemo/
rātur tēpore posteriori sunt geniti. Caplm̄. xl.

Ingressi ita𝔮 referuntur in egyptum
simul cum ipso iacob septuagintaquin
𝔮 homines: annumerato ipso cum su/
is filijs. In quo numero due tm̄ femie ꝯmemo/
rāt̄ vna filia: neptis altera. Sed res diligenter
cōsiderata nō indicat ꝙ tātus numerus fuerit
in progenie iacob: die vel anno quo ingressus
est egyptū. Commemorati sunt quippe ī eis ēt
ꝓnepotes ioseph q nullo mō iā tūc eē potuerūt

qm̄ tūc centū triginta annoꝝ erat Jacob: filius
vero eius Joseph trigintanoueꝫ: Quē cū acce/
pisse tricesimo anno suo vel amplius ꝯstet vxo/
rē: quomodo potuit ꝑ nouē annos hēre ꝓnepo
tes de filijs quos ex eadē vxore suscepit? Cum
igitur nec filios hērēt Effrem ꝛ Manasses filij
Joseph: sꝫ eos pueros īfra ꝗꝫ nouēnes Jacob
egyptū igressus īuenerit: quo pacto eoꝝ nō so/
lū filij: sed etiā nepotes ī illis septuagitaquinꝗꝫ
numerātur: q tūc egyptū igressi sūt cū Jacob?
Nā cōmemorat̄ ibi Machir filiꝰ Manasse ne
pos Joseph: ꝛ eiusdē Machir filius .i. Galaad
nepos Manasse: ꝓnepos Joseph. Jbi ē ꝛ quē
genuit Effrem alter filius Joseph .i. Utalaā ne
pos Joseph. Jbi ē ꝛ Bareth filius ipsius Uta/
lae .i. nepos Effrem: ꝓnepos Joseph: qui nullo
modo eē potuerūt qn̄ venit Jacob ī egyptū: ꝛ
filios Joseph nepotes suos auos istoꝝ minores
ꝗꝫ nouē annoꝝ pueros īuenit. Sꝫ nimiꝝ ītroitꝰ
Jacob ī egyptū qn̄ eū ī septuagitaquinꝗꝫ hoībꝰ
scriptura cōmemorat: nō vnus dies vel vnus
annus sed totū illud ē tp̄s ꝗꝫdiu vixit Joseph: ꝑ
quē fcm̄ ē vt ītrarēt. Nā de ipso Joseph eadeꝫ
scriptura sic loq̄t̄: ꝛ habitauit Joseph ī egypto:
ipse ꝛ fratres eius ꝛ oīs cohabitatio pr̄is eius: ꝛ
vixit annos centū ꝛ decē: ꝛ vidit Joseph Ma/
nasses ꝛ Effrem filios vsqꝫ ī tertiā generatōēꝫ.
Jpse est ille ꝓnepos eius: ab Effrem tertius: ge
nerationē qppe tertiā dicit: filiū nepotē: ꝛ ꝓne/
potē. Deīde seq̄tur. Et filij Machir filij Ma/
nasse nati sūt supra femora Joseph. Et illic ille
ipse ē nepos Manasse: ꝓnepos Joseph. Sed
pluraliter appellati sūt sicut scriptura ꝯsueuit:
q̄ vnā quoqꝫ filiā Jacob filias nūcupauit: sicut
ī latine ligue ꝯsuetudine liberi dicūtur plurali/
ter filij: etiaꝫ si non sint vno amplius. Cur ergo
ipsius Joseph p̄dicet̄ felicitas: qꝛ potuit videre
ꝓnepotes: q nullo modo putādi sūt iā fuisse tri
cesimo anno ꝓaui sui Joseph: qn̄ ad eū in Egy/
ptū Jacob pater eius aduenit? Jllud aūt ē qđ
fallit minus ista diligēter ītuētes: qm̄ scriptū ē:
hec aūt noīa filioꝝ israel q ītrauerūt ī egyptuꝫ
simul cū Jacob patre suo. Hoc eiꝫ dictū est qꝛ
simul cū illo cōputātur septuagitaquiqꝫ: nō qꝛ
simul iam erāt oēs qn̄ egyptū igressus est ipse:
sed vt dixi totū tp̄s habet̄ eius igressus: quo vi
xit Joseph: ꝑ quē eius videt̄ igressus.

¶ De benedictione quam in Judam filium suū promisit. Capitulum .xlj.

Jsitur propter populum christianuꝫ in
quo dei ciuitas peregrinatur in terris: si Christi
carnem in Abrae semine requiramus: remotis
concubinarum filijs occurrit Jsaac: si in semine
Jsaac: remoto Esau qui est etiam Edom occur
rit Jacob: qui est ꝛ Jsrael. Si in semine Jsrael:
ipsius remotis ceteris occurrit Judas: quia de
tribu Juda exortus est Christus. Ac per hoc cū
in egypto moriturus Jsrael filios suos benedi/
ceret: quemadmodum Judam prophetice be/
nedixerit audiamus. Juda inquit te laudabūt
fratres tui: manus tue super dorsum inimicoꝝ
tuorum: te adorabūt filij patris tui. Catulus le/
onis Judas: ex germinatione fili mi ascendisti:
recumbens dormisti vt leo: ꝛ vt catulus leonis
Quis suscitabit euꝫ? Non deficiet princeps ex
Juda: ꝛ dux de femoribus eius: donec veniant
que reposita sunt ei: ꝛ ipse erit expectatio gen/
tium. Alligans ad vitem pullum suum: ꝛ cilitio
pullum asine sue: lauabit in vino stolam suam: ꝛ
in sanguine vue amictum suū. Fului oculi eius
a vino: ꝛ dentes cādidiores lacte. Exposui hec
aduersus Manicheum Faustum disputans:
ꝛ satis esse arbitror quantuꝫ veritas prophetie
huius elucet: vbi ꝛ mors Christi predicta ē ver/
bo dormitionis: ꝛ non necessitas sed potestas in
mortem nomine leonis: Quā potestatem ī euā/
gelio ipse predicat: dicēs potestatem habeo po/
nendi animam meam: ꝛ potestatem habeo iteꝝ
sumendi eam. Nemo eaꝫ tollit a me: sed ego eā
pono a memetipso: ꝛ iterum sumo eaꝫ. Sic leo
fremuit: sic quod dixit impleuit: ad eam nanqꝫ
pertinet potestatē: quod de resurrectione eius
adiūctum est. Quis suscitabit euꝫ? hoc est quia
nullus hominum nisi se ipse suscitauit: qui etiaꝫ
de corpore suo dixit. Soluite templum hoc: ꝛ ī
triduo resuscitabo illud. Jpsum autem genus
mortis hoc est sublimitas crucis in vno verbo
intelligitur: quod ait ascendisti. Quod vero ad/
didit: recumbens dormisti: euangelista exponit
vbi dicit: ꝛ iclinato capite tradidit spirituꝫ. Aut
certe sepultura eius agnoscitur in qua recubu
it dormiens: ꝛ vnde illum nullus hominuꝫ sicut
prophete aliquos: vel sicut ipse alios suscitauit
sed sicut a somno ipse surrexit. Stola porro eiꝰ
quam lauat in vino: idest mundat a peccatis in
sanguine suo: cuius sanguinis sacramentuꝫ ba
ptizati sciunt: vnde et adiungit: et in sanguine
vue amictum suū: quid est nisi ecclesia? Et ful/
ui oculi eius a vino. spirituales eius inebriati
poculo eius: de quo canit psalmus: ꝛ calix tuus

iebriās q̄ preclarus est. Et dētes eius cādidio/
res lacte qḋ potāt apud apl'ꝫ paruuli: verba sci
licet nutriētia: nōdū idonei solido cibo. Ipse igi
tur ē i quo reposita erant ꝓmissa iude: q̄ donec
venirēt nunq̄ꝫ principes hoc est reges israel ab
illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gētiū:
quod clarius est videndo quam sit exponendo.

¶ De filijs ioseph quos iacob ꝓphetica manuū
suarum transmutatione benedixit. Capl'ꝫ. xlij.

Sicut aūt duo isaac filij esau ⁊ iacob fi/
gurā ꝓbuerūt duoꝝ ppl'oꝝ i iudeis et
xp̄ianis q̄ꝫuis qḋ ad carnis ꝓpaginē
pertinet: nec iudei venerūt ex semine esau sed
idumei: nec christiane gentes ꝺ iacob: sed potiꝰ
iudei. Ad hoc enim tātuꝫ figura valuit quod di
ctū ē maior seruiet minori: ita factū ē etiā i duo
bus filijs ioseph. Nā maior gessit typū iudeoꝝ:
xp̄ianoꝝ aūt minor. Quos cū bn̄diceret iacob:
manum dexteram ponens sup minorem quem
habebat ad sinistrā: sinistrā vero super maioreꝫ
queꝫ hēbat ad dexteram graue uisum est patri
eoꝝ ⁊ admonuit patrem uelut corrigens eiꝰ er/
rorem: ⁊ quis nam esset eorum maior osn̄dens.
At ille mutare manus noluit: sed dixit. Scio fi/
li mi scio. Et hic erit i ppl'ꝫ: ⁊ hic exaltabitur: sed
frater eius minor maior illo erit. Et semen eius
erit i multitudinē gētiū. Etiā hic duo illa ꝓmis/
sa demōstrāt: nā ille i ppl'ꝫ: iste i multitudinē gē
tiū. Quid euidentius: q̄ꝫ his duabus ꝓmissioni
bus ꝯtineri ppl'ꝫ israelitaꝝ: orbēq̄ꝫ terraꝝ i semi
ne abrae: illū sc̄dꝫ carnē. istum secūdum fidem.

¶ De tp̄ibus moysi ⁊ ih̄u naue ac iudicū: atq̄ꝫ ex
inde regū quoꝝ q̄dē saul primus est: sed dauid ꝓ/
cipuus ⁊ sacramēto habeť ⁊ merito. Cap. xliij.

Defuncto iacob: defuncto etiā ioseph ꝑ
reliquos cētū quadragita quatuor an
nos donec exireť de terra egypti: i mo
dū icredibilē illa gēs creuit: etiā tātis attrita ꝑ
secutionibus: vt quodā tp̄e nati masculi neca/
rētur: cū mirātes egyptios nimia ppl'i illius in/
cremēta terrerēt. Tūc moyses subtractus fur
to trucidatoribus paruuloꝝ ad domū regiam
igētia pericula ꝑ eū deo preparāte ꝑuenit: nu/
tritusq̄ꝫ ⁊ adoptatꝰ a filia pharaonis: qḋ nomē i
egypto oiūꝫ regū fuit: i tātū ꝑuenit viꝝ vt ipse
illā gētē mirabiliter multiplicataꝫ ex durissimo
⁊ grauissimo qḋ ibi ferebat iugo seruitutis ex/
traheret: imo ꝑ eū deus q hoc ꝓmiserat abrae.
Prius q̄ppe ex inde terrā madian fugisse refer/
tur: ꝙ cū israelitā defēderet egyptiū occiderat
⁊ territus fugeret: postea diuinitus missus i ptā
te sp̄ūs dei superauit pharaonis resistentes ma
gos. Tūc ꝑ eū egyptijs illate sūt decē memora/
biles plage: cū dimittere ppl'ꝫ dei nollēt: aqua i
sanguinem versa: rane: senipes: cynomia: mors
pecoꝝ: vlcera: grādo: locusta: tenebre: mors pri
mogenitoꝝ. Ad extremū israelitas quos pla/
gis tot tātisq̄ꝫ ꝑfracti tādē aliqñ dimiserāt egy/
ptij i mari rubro dū ꝑsequūtur extincti sūt. Illis
q̄ppe abeūtibus diuisū mare viā fecit: Hos aūt
isequētes i se rediēs vnda sūmersit. Deinde per
annos quadragita duce moyse dei ppl's ꝑ des/
tū actus ē: qñ tabernaculū testimonij nūcupa/
tū ē: vbi ꝺs sacrificijs futura ꝓnūciātibus cole/
bať: cū. s. iā data lex fuisset i mōte ml'tū terribi
liter: attestabať eiꝫ euidentissima mirabilibus si
gnis vocibusq̄ꝫ diuinitas: Quod factū est mox
vt exitū est de egypto: ⁊ i deserto populus esse
cepit quiguagesimo die post celebratū pascha
per ouis imolationē. Que vsq̄ꝫ adeo typus Xp̄i
est: prenūcians eū per victimā passionis de hoc
mūdo transituꝝ ad patrem: pascha quippe he/
brea lingua transitus iterpretatur: vt iam cum
reuelaretur testamentū nouū: postea q̄ꝫ pascha
nostruꝫ imolatus est Christus: quinquagesimo
die veniret de celo spiritus sanctus: qui dictus
est i euangelio digitus dei: vt recordationē no/
stram i primi prefigurati facti memoriam reuo/
caret: quia et legis ille tabule digito dei scripte
referuntur. Defuncto Moyse populū rexit Je
sus Naue: ⁊ i terrā promissionis itroduxit: eā/
q̄ꝫ populo diuisit. Ab his duobus mirabilibus
ducibus bella etiāꝫ prosperrime ac mirabiliter
gesta sunt deo contestante: non taꝫ propter me
rita hebrei populi q̄ꝫ propter peccata earū que
debellabātur gentiū illas eis prouenisse victo/
rias. Post istos duces iudices fuerūt iam i ter/
ra promissionis populo collocato: vt iciperet i/
teriꝫ reddi Abrae prima promissio de gēte vna
idest hebrea: ⁊ in terra Chanaan nōdū de oibus
gentibus ⁊ toto orbe terraꝝ ꝙ Christi aduētus
i carne: ⁊ non veteris legis obseruationes: sed
euangelij fides fuerat impletura. Cuius rei pre
figuratio facta est: ꝙ non Moyses qui legem
populo acceperat in monte syna: sed Jesus cui
etiam nomen deo precipiente mutatum fuerat
vt vocaretur Jesus: populum in terram ꝓmis/
sionis introduxit. Temporibus autem iudicuꝫ
sicut se habebant ⁊ peccata populi ⁊ misericor/
dia dei alternauerunt ꝓspera ⁊ aduersa belloꝝ

Jnde ventū est ad regum tp̄a. Quoꝝ primus
regnauit saul: quo reprobato ⁊ bellica clade ꝓ
strato: eiusq̄ stirpe reiecta ne inde reges orirent̄
Dauid successit ĩ regnũ: cuiꝰ maxime xp̄s dictꝰ
ē filiꝰ. Jn quo articulus quidā factꝰ est ⁊ exordi/
ũ quodāmodo iuuentutis populi fidei: cuiꝰ ge
neris q̄dam velut adolescētia ducebat̄ ab ipso
abraā vsq̄ ad hũc dauid. Neq̄. n. frustra mat
theus euangelista sic gn̄atiões ꝯmemorauit: vt
hoc p̄mũ iteruallũ q̄tuordecim gn̄ationibꝰ cõ
mēdaret: ab abraam. s. vsq̄ ad dauid. Ab ado/
lescētia ĩcipit q̄ppe hõ posse generare: propter
generationũ series ab abraam sũpsit exordiũ
q̄ etiā p̄r gẽtiũ ꝯstitutꝰ ē: qñ mutatũ nomen ac
cepit. Ante hũc ergo velut pueritia fuit huius
generis populi dei: a noe vsq̄ ad ipsũ abraam
⁊ iõ p̄ma lingua ĩuenta est. i. hebrea. A pueritia
nanq̄ hõ ĩcipit loq̄ post ĩfantiā: q̄ hic appellata
est q̄ fari nõ põt. Quā ꝑfecto etatem p̄mam
demergit obliuio sicut etas p̄mi generis humani
est deleta diluuio. Quotꝰ. n. q̄sq̄ est q̄ suam re/
cordet̄ ĩfantiā. Quāobrē ĩ isto ꝓcursu ciuitatis
dei sicut supior vnā eandēq̄ p̄mā: ita duas eta
tes secũdā ⁊ t̄tiā liber iste cõtineat. Jn q̄ tertia
ꝓpter vaccā trimā: caprā trimā: arietem tri
mũ: ⁊ impositũ ē legis iugum: ⁊ apparuit abun/
dantia peccatorũ: ⁊ regni terreni surrexit exor/
diũ vbi nõ defuerũt viri spũales quoꝝ ĩ turtu
re ⁊ colũba figuratum est sacramentum.

¶ Aurelij augustini de ciuitate dei Liber. xvij.

¶ De temporibus prophetarum. Capl'm p̄mũ.

P Romissiones dei q̄
facte sunt ad abraā: cuiꝰ semini ⁊ gē
tē hisraeliticā s̄m carnē: ⁊ oẽs gẽtes
orbis s̄m fidē deo pollicēte didicimꝰ: quēad
modũ ꝯpleant̄ ꝑ ordinē tēpoꝝ ꝓcurrens dei ci
uitas indicauit: Qm̄ ergo supioris libri vsq̄ ad
regnũ dauid factꝰ est finis: nũc ab eodē regno
q̄tũ suscepto operi sufficere videt̄: cetera q̄ se
quunt̄ attigamꝰ. Hoc itaq̄ tp̄s ex quo sanctus
samuel ꝓphetare cepit: et deinceps donec pp̄ls
israel captiuus ĩ babyloniā duceret̄: atq̄ inde
s̄m sancti hieremie ꝓphetiā post septuaginta an/
nos reuersis israelitis dei domꝰ instauraret̄: to
tũ tēpus ē ꝓphetaꝝ. Quāuis eni ⁊ ipsũ noe pa
triarchā ĩ cuiꝰ diebꝰ vniuersa terra diluuio de
leta est: ⁊ alios supra ⁊ ĩfra vsq̄ ad hoc tp̄s quo
reges ĩ dei pp̄lo esse ceperũt: ꝓpter q̄dā ꝑ eos
futura siue quoquomõ significata siue p̄dicta
q̄ ꝑtinēt ad ciuitatē dei regnũq̄ celoꝝ nõ ime
rito possumus appellare ꝓphetas p̄sertĩ q2 nõ
nullos eoꝝ id exp̄ssius legimus nũcupatos: sicut
abraam: sicut moysem. tñ dies ꝓphetarum pre
cipue maximeq̄ hi dicti sunt ex quo cepit pro/
phetare samuel: qui ⁊ saulem prius: ⁊ eo repro/
bato ipsum dauid deo p̄cipiēte vnxit in regem
de cuius ceteri stirpe succederēt quousq̄ illos
succedere sic oporteret. Que igitur a ꝓphetis
sint p̄dicta de xp̄o ꝯmoriendo decedētibꝰ ⁊ na/
scendo succedētibus suis mēbris ciuitas dei ꝑ
ista curreret tēpora: si oĩa velim ꝯmemorare in
imēsum ꝑgitur. Primũ q2 ipsa scriptura q̄ ꝑ or
dinem reges eorũq̄ facta ⁊ euenta digerēs vi/
detur tanq̄ historica diligētia rebus gestis oc/
cupata eē narrandis: si adiuuāte dei spiritu cõ/
siderata tractet̄: vel magis vel certe nõ minus
p̄nunciandis futuris q̄ȝ preteritis enunciandis
inuenit̄ intēta. Et hoc ꝑscrutando indagare ac
differēdo mõstrare q̄ȝ sit operosũ atq̄ ꝓlixũ
et q̄ȝ multis ĩdigeat voluminibus q̄s ignorat: q̄
hec vl' mediocrit̄ cogitat. Deĩde q2 ⁊ ip̄a q̄ ad ꝓ
phetiā nõ ambigit̄ pertinere ita sunt multa de
xp̄o regnoq̄ celorum q̄ ciuitas dei ē: vt ad hoc
aperiēdũ maior sit disputatio necessaria: q̄ȝ hu/
ius opis modus flagitat. Proĩde ita si potuero
stilo moderabor meo: ⁊ huic opi ĩ dei volũtate pe
ragendo nec ea que supersunt dicam: nec ea q̄
satis sunt pretermittam.

¶ Quo tp̄e sit ĩpleta ꝓmissio dei de t̄ra chana/
an: quā ĩ possessionē etiā isrl' carnal' accepit. C. ij.

I N precedente libro diximus ab initio
abraam ꝓmissionũ dei duas res fuisse
ꝓmissas. Unam. s. q̄ terram chanaan
possessuꝝ foret semen eius q̄ significat vbi di
ctũ est: vade ĩ terrā quā tibi demõstrauero ⁊
faciā te ĩ gẽtē magnā: aliā vero lõge p̄stātiorē
nõ de carnali: s3 de spũali semie: ꝑ q̄ pater ē ñ
vniꝰ gẽtis israelitice: s3 oĩũ gẽtiũ q̄ fidei eiꝰ ve/
stigia consequuntur. Q̄ ꝓmitti cepit his ver/
bis. Et benedicentur in te oẽs tribus terre. Et
deinceps alijs multis admodũ testimonijs hec
duo ꝓmissa monstrauimus. Erat igitur iā ĩ ter/
ra ꝓmissionis semen abrae. i. populus israel s̄m
carnem atq̄ ibi nõ solum tenendo ac possiden/
do ciuitates aduersarioꝝ: verũetiam reges ha
bēdo regnare iā ceperant: impletis de ipso po
pulo ꝓmissionibꝰ dei magna iam ex parte: non
solum q̄ tribus illis patribus abraam isaac ⁊ ia/
cob: q̄buscũq̄ dictis vel signis aut figuris tēpo

ribus eoꝝ facte sunt: verũetiã que ꝑ ipsum moysem ꝑ quē populus idem de seruitute egyptiaca liberatus: ⁊ ꝑ quē cũcta p̄terita reuelata sunt: tēporibꝰ eiꝰ cum populũ ꝑ heremũ duceret facte fuerant. Neqꝫ aũt ꝑ isignē ducem Jesum naue: ꝑ quē populus ille in ꝓmissionis inductus ē terrã: q expugnatis gentibꝰ eã duodecim tribubus qbus deus iusserat diuisit et mortuꝰ est: neqꝫ post illũ toto tēpore iudcuꝫ impleta fuerat ꝓmissio dei de terra chanaan: ꝙ a flumie egypti vsqꝫ ad flumen magnuꝫ euphratem ppl's ille dñaret̃: nec tñ adhuc ꝓphetabat̃ futuꝝ sꝫ expectabat̃ iplendũ. Impletũ ē aũt ꝑ dauid ⁊ filiũ eius salomonem: cuiꝰ regnuꝫ tãto q̃to ꝓmissuꝫ fuerat spacio dilatatũ ē. Uniuersos qppe illos subdiderũt: tributariosqꝫ fecerũt. Si igit̃ in terra ꝓmissionis ſm carnē: hoc est in terra chanaan sub his regibꝰ semen abrae fuerat ꝯstitutũ: vt nihil deīde supessꝫ quo terrena illa dei ꝓmissio ꝯpleret̃: nisi vt i eadeꝫ t̃ra q̃tuꝫ ad ꝓsperitatē attinet tēporaleꝫ: ꝑ posteritatis successionē incõcusso statu vsqꝫ ad mortalis huius seculi t̃minuꝫ gens ꝑmaneret hebrea: si dñi dei sui legibꝰ obediret. Sed qm̃ deus nouerat hoc eã non esse facturã: vsus ē etiã t̃palibus penis ad exercēdos i ea paucos fideles suos: ⁊ admonendos q postea futuri erant i oibus gentibus quas ꝑ eos admoueri oportebat: in qbus alteram promissionē reuelato nouo testamēto ꝑ incarnationem xp̄i fuerat impleturus.

¶ De tripartitis significationibus ꝓphetiarum que nunc ad terrenam nunc ad celestem hierusaleꝫ: nũc aũt ad vtrãqꝫ referunt̃. Caplm̃. iij.

Quocirca sicut oracula illa diuīa ad abraam isaac ⁊ iacob: ⁊ q̃cũqꝫ alia signa vel dicta ꝓphetica i sacris litteris p̄cedentibꝰ facta sunt: ita etiã cetere ab isto regum t̃pe ꝓphetie partiꝫ ꝑtinent ad gētem carnis abrae: partiꝫ vero ad illud semē illius i quo benedicũtur oēs gētes coheredes xp̄i: ꝑ testamētũ nouũ ad possidēdaꝫ vitam et̃nam regnũqꝫ celorum. Partiꝫ ergo ad ancillaꝫ q̄ i seruituteꝫ generat ad terrenaꝫ hierusalē: q̄ seruit cũ filijs suis: partim vero ad liberaꝫ ciuitatē dei. i. verã hierusalem ⁊ et̃naꝫ in celis: cuiꝰ filij oēs ſm deũ viuentes peregrinant̃ in terris: sꝫ sunt in eis q̄dam q̄ ad vtrãqꝫ ꝑtinere itelligunt̃ ad ancillã ꝓprie: ad liberaꝫ figurate. Tripartita itaqꝫ reperiũt̃ ꝓphetiaꝝ gn̄a: siqdem aliqua sunt ad terrenaꝫ hier̃lꝫ spectantia aliqua ad celesteꝫ: nõnulla ad vtrãqꝫ. Exemplis video ꝓbandũ ee qđ dico. Missus ē nathan ꝓpheta a deo q regeꝫ dauid argueret de peccato graui: ⁊ ea q̄ ꝯsecuta sunt mala futura p̄diceret. Hec atqꝫ huiusmōi siue publice. i. ꝓ salute vel vtilitate populi: siue p̄uatim cuꝫ ꝓ suis quisqꝫ rebus diuina ꝓmereret eloquia: qbus ꝓ vsu temporalis vite futuri aliquid agnosceret̃ ad terrenam ciuitateꝫ ꝑtinuisse qs ambigat? Ubi aũt legit̃: ecce dies veniũt dicit dñs: ⁊ consumabo domui israel et domui iuda testamentuꝫ nouum: non ſm testamentũ quod disposui patribꝰ eorum: in die qua apprehendi manum eoꝝ vt educerem eos de terra egypti: qm̃ ipsi nõ permanserũt i testamēto meo: ⁊ ego neglexi eos dicit dñs: qꝛ hoc est testamētũ meũ qđ constituaꝫ domui israel post dies illos dicit dñs dabo leges meas in mētem eoꝝ: ⁊ sup corda eoꝝ scribã eas ⁊ videbo eos ⁊ ero illis i deũ et ipsi erunt mihi in plebē hierusaleꝫ sine dubio sup̄na ꝓphetatur. cuius deus ipse p̄miuꝫ est: euꝫqꝫ hr̄e atqꝫ ipsiꝰ esse: sũmũ illi ē atqꝫ totum bonum. Ad vtrãqꝫ vero ꝑtinet hoc ipsuꝫ ꝙ hierusalem dicit̃ dei ciuitas: et in ea ꝓphetatur futura domus dei: eaqꝫ ꝓphetia videtur impleri cum salomon rex edificat nobilissimũ illud templum. Hec enim et in terrena hierusalem ſm historiã contigerunt: et celestis hierusalem figure fuerunt. Quod genus prophetie ex vtroqꝫ veluti compactum atqꝫ commixtũ in libris veteribꝰ canonicis: quibus rerum gestarum narratiōes continentur valet plurimum multũqꝫ exercuit ⁊ exercet ingenia scrutantiuꝫ litteras sacras vt quod historice predictum completũqꝫ legit̃ in semine abrae ſm carnē: etiã in semine abrae ſm fidem quid implendum allegorice significet inquiratur: in tantum vt quibusdam visum sit nihil esse in eisdem libris vel prenunciatum et effectum: vel non effectum quamuis prenunciatum quod non insinuet aliquid ad supernam ciuitatē dei eiusqꝫ filios in hac via peregrinos figurata significatione referenduꝫ. Sed si hoc ita est iam bipartita non tripartita erunt eloqa ꝓphetarum: vel potius illarum scripturarum omnium que veteris instrumēti appellatiōe cēsetur: nihil iam erit illic qđ ad hierusalem terrenam tantum pertineat: sꝫ qcquid ibi de illa vel propter illaꝫ dicitur atqꝫ completur: significat aliquid quod etiã ad hierusaleꝫ celestē allegorica prefiguratione referatur: sꝫ erunt sola duo genera: vnũ quod ad hierusalē liberaꝫ: alteruꝫ

qđ ad vtranq̄ ptineat. Mihi aūt sicut multum videnť errare: q nullas res gestas in eo genere litterarū: ꝫ aliqd aliud p̄ter id ꝙ eo mō geste sūt significare arbitrantur: ita multū audere: q pꝛsus ibi oīa significatōibus allegoꝛicis inuoluta esse ꝯtendūt. Ideo tripartita nō bipartita esse dixi. Hoc.n. existimo: nō tn̄ culpās eos q potuerūt illic de quacūq̄ re gesta sensuꝫ intelligētie spūalis exculpere: seruata p̄mit⁹ dūtaxat historie veritate. Ceterū que ita dnr̄: vt reb⁹ humanitus seu diuinitus gestis siue gerendis ꝯuenire nō possint: qs fidelis dubitet nō esse inaniter dicta? Quis ea n̄ ad itelligētiaꝫ spūalē reuocet si possit: aut ab eo q pōt reuocāda esse fateať?

¶ De pꝛefigurata cōmutatione israhelitici regni ꝛ sacerdotij: ꝛ de his que anna mr̄ Samuelis p̄sonaꝫ gerens ecclesie pꝛophetauit. Ca. iiij.

Procursus igiť ciuitatis dei: vbi puēit ad regum tpa: qn̄ Dauid Saule repꝛobato ita regnū pꝛim⁹ obtinuit: vt eius deinde posteri in t̄rena hierusalē diuturna successiōe regnarent: dedit figuraꝫ rei geste: significans atq̄ p̄nūcians qđ non est p̄tereūdū silētio: de rerū mutatiōe futuraꝝ: quod attinet ad duo testamēta vetus ꝛ nouū: vbi sacerdotium regnūq̄ mutatū est per sacerdotē eundēq̄ regem nouū ac sempiternū: qui est xp̄s Ih̄s. Nā ꝛ heli sacerdote repꝛobato: substitut⁹ in dei ministeriū samuel simul officio funct⁹ sacerdotis ꝛ iudicis: ꝛ saule abiecto rex dauid fundat⁹ in regno: hoc qđ dico figurauerunt. Mater quoq̄ ipsa samuelis Anna: q̄ pꝛius fuit sterilis: ꝛ posterioꝛe fecūditate letata est: p̄phetare aliđ nō videtur cū cōgratulationē suā dn̄o fundit exl'tās: qn̄ quidē eūdem puerū natū ꝛ ablactatum deo reddidit eadem pietate qua vouerat. Dicit eni. Confirmatū est coꝛ meū in dn̄o: ꝛ exaltatū est coꝛ meū in deo meo. Dilatatū ē sup inimicos meos os meū: letata sum in salutari tuo: qm̄ nō est scūs sicut dn̄s ꝛ non est iustus sicut deus nr̄: nō est sanct⁹ pꝛeter te: nolite gloꝛiari ꝛ nolite loqui excelsa neq̄ p̄cedat magniloquium de oꝛe vestro: qm̄ deus scientiarū dn̄s ꝛ deus p̄parās adinuentiōes suas. Arcum potentiū fecit infirmū: ꝛ infirmi pꝛecincti sunt virtute. Pleni panibus minoꝛati sunt: ꝛ esuriētes trāsierūt terraꝫ: qꝛ sterilis peperit septē ꝛ multa in filijs infirmata est. Dominus moꝛtificat ꝛ viuificat: deducit ad inferos ꝛ reducit. Dominus pauperē facit ꝛ ditat: humiliat ꝛ exaltat. Suscitat a terra pauperē: ꝛ de stercoꝛe erigit inopē vt collocet eum cū pꝛincipib⁹ populi: ꝛ sedē gloꝛie hereditatem dās eis: dans votū vouenti: ꝛ benedicēs ānos iusti. Qm̄ nō in virtute potens est vir: dn̄s infirmū facit aduersariū suū: dominus sanct⁹. Nō gloꝛieť pꝛudēs in pꝛudētia sua: ꝛ nō gloꝛieť potens in potētia sua: ꝛ nō glieť diues i diuitijs suis. Sed in hoc glieť q gl'iatur intelligere ꝛ scire dn̄m: ꝛ facere iudiciū ꝛ iustitiā in medio t̄re. Domin⁹ ascēdit i celos tonuit: ipse iudicabit extrema t̄re qꝛ iustus est: ꝛ dat virtutē regib⁹ nostris: ꝛ exaltauit coꝛnu xp̄i sui. Ita ne verba hec vnius putabunť esse muliercule: de nato sibi filio gratulātis? Tm̄ ne mens hoīuꝫ a luce v̄itatis auersa est: vt nō sentiat supgredi modū femine huius dicta q̄ fudit? Porro q rebus ipsis q̄ iam ceperūt etiā ꝛ in hac terrena peregrinatiōe cōpleri cōuenienter moueť: nōne intendit et aspicit ꝛ agnoscit: per hanc mulierē cuius etiaꝫ nomē idest anna gratia eius interpꝛetatur: ipsā religionē chꝛistianaꝫ: ipam ciuitatē dei cuius rex est ꝛ conditoꝛ chꝛistus: ipam postremo dei gratiam pꝛophetico spiritu sic locutaꝫ: a qua supbi alienanť vt cadant: q̄ hūiles ipleť vt surgant qđ maxime hymnus iste p̄sonuit? Nisi qsq̄ foꝛte dicturus est nihil istam pꝛophetasse mulierē: sed deum tm̄modo pꝛopter filium quem pꝛecata impetrauit exultāti pꝛedicatione laudasse? Quid ergo sibi vult qđ ait: arcū potentium fecit infirmuꝫ: ꝛ infirmi pꝛecincti sunt virtute. pleni panibus minoꝛati sunt: ꝛ esurientes transierunt terram: ꝛ sterilis peperit septem: et multa in filijs infirmata est? Nunquid septem ipsa pepererat? Quanuis sterilis fuerit vnicum habebat quando ista dicebat. Sed nec postea septē peperit siue sex: quibus septimus esset ipse samuel: sed tres mares ꝛ duas feminas. Deinde in illo populo cum adhuc nemo regnaret quod in extremo posuit ad virtuteꝫ regibus nostris: et exaltauit cōnu chꝛisti sui: vnde dicebat si nō pꝛophetabat? Dicat ergo ecclesia chꝛisti ciuitas regis magni: gratia plena: pꝛole fecūda: dicat quod tanto ante de se pꝛophetatuꝫ per hos huius pie matris agnoscit. Confirmatum est coꝛ meum in domino: et exaltatum est coꝛnu meū in deo meo. Uere confirmatum est coꝛ ꝛ coꝛnu vere exaltatum: quia non in se sed in domino deo suo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: quia et in angustijs pressurarum sermo dei non est alligatus: nec in pꝛeco-

nibus allegatis. Letata sum inquit in salutari tuo. Christꝰ est ipe iesus quē symeō sicut i euāgelio legit senex āplectens paruulū: agnoscēs magnū: nūc dimittis inqt seruū tuū i pace qm̄ viderunt oculi mei salutare tuū. Dicat itaqꝫ ecclesia. letata sū in salutari tuo. Qm̄ nō est scūs sicut dn̄s: ⁊ nō est iustus sicut deus nr̄ tanqꝫ sāctus ⁊ sanctificās: ⁊ iustus ⁊ iustificās. Nō ē sāctus preter te: qꝛ nemo fit nisi abs te. Deniqꝫ sequit. Nolite gliari supbe: et nolite loq excelsa: neqꝫ exeat magniloquiū de ore vestro: qm̄ deꝰ scientiarū dn̄s ipse et nemo scit qđ ipse scit: qm̄ qui putat se aliqd esse cū nihil sit: seipm̄ seducit. Hec dn̄r aduersarijs ciuitatis di ad babyloniā pertinētibus: de sua virtute presumētibꝰ: in se nō in dn̄o gloriātibus: ex quibꝰ sunt etiā carnales israelite terrene hierusalē ciues terrigene: q vt dicit apl's ignorātes dei iustitiā. i. quaꝫ dat hoibus deus: qui solus ē iustꝰ ⁊ iustificās: ⁊ suā volētes ɔstituere. i. velut a se sibi paratā nō ab illo ipartitā: iustitie dei nō sūt subiecti. Itaqꝫ qꝛ supbi se de suo putātes nō de dei posse placere deo: qui est deus scientiarū atqꝫ ideo ⁊ arbiter cōscientiarū vbi videns cogitatiōes hoium qm̄ vane sunt si hoiuꝫ sunt ⁊ ab illo nō sunt. Et preparans inquit adinuentiōes suas. Quas adinuentiōes putamꝰ: nisi vt supbi cadāt ⁊ humiles surgāt? Has qppe adinuētiones exeqt dicens Arcus potētiū infirmatꝰ est: ⁊ ifirmi pcincti sūt virtute. Infirmatꝰ est arcus. i. intētio eoꝝ: q tā potētes sibi videtur: vt sine dei dono atqꝫ adiutorio hūana sufficiētia diuina possint iplere mādata. Et precingunt virtute: quoꝝ iterna vox est. Miserere mei dn̄e qm̄ infirmus sum. Pleni panibus inqt minorati sunt: ⁊ esuriētes transierūt terrā. Qui sunt intelligēdi pleni panibꝰ: nisi ijdem ipi quasi potētes. i. israelite: qbus credita sunt eloqa dei? Sed in eo pplo ancille filij minorati sūt. Quo verbo minꝰ quidē latine bene tn̄ expressum est ꝙ ex maioribus miores facti sūt: qꝛ ⁊ in ipis panibꝰ idest diuinis eloquijs que israelite soli tūc ex oibus gentibus acceperūt: terrena sapiūt. Gentes aūt quibus lex illa nō erat data: posteaqꝫ per nouū testm̄ ad eloqa illa venerūt: ⁊ multū esuriēdo terrā trāsierunt: qꝛ i eis nō terrena sed celestia sapuerūt. Et hoc velut quereret cā cur factū sit: qꝛ sterilis iquit pepit septē: ⁊ multa in filijs ifirmata est. Hic totum quod pphetabat eluxit agnoscētibꝰ numerū septenariū: quo est vniuersa ecclesie significata pfectio. Propt quod ⁊ ioānes apl's ad septem scribit ecclesias: eo mō se ondens ad vniꝰ plenitudinē scribere. Et in prouerbijs salomonis hoc antea prefigurās: sapiētia iquit edificauit sibi domū: ⁊ suffulsit colūnas septeꝫ. Sterilis eni erat in oibus gentibꝰ dei ciuitas anqꝫ iste fetus per quē eā factā fecūdaꝫ cernimus oriretur. Cernimꝰ etiā que multa i filijs erat nūc ifirmata hierusalē terrenā: qm̄ quicūqꝫ filij libere in ea erant: virtꝰ erant eiꝰ. Nūc vo ibi qm̄ lr̄a ē et spūs nō est: amissa virtute infirmata est. Dn̄s mortificat ⁊ viuificat: mortificauit illā q multa erat in filijs: ⁊ viuificauit hanc sterilē que pepit septē. Quāuis cōmodius possit intelligi eosdē viuificare quos mortificauerit. Id eni velut repetiuit addendo: deducit ad inferos ⁊ reducit. Quibꝰ eni dicit apl's si mortui estis cū xp̄o: que sursū sunt querite vbi christus ē in dextera dei sedēs: salubriter vtiqꝫ mortificant a dn̄o qbus adiūgit: que sursum sūt sapite: nō que sup terrā vt ipsi sint illi q esurientes transierūt trā. Mortui eni estis inqt. Ecce quō salubriter mortificat deus. Deinde sequit: ⁊ vita vr̄a abscōdita ē cū xp̄o in deo. Ecce qūo eosdē ipsos viuificat deꝰ. Sed nunqd eosdē ꝺduxit ad iferos ⁊ reduxit? Hoc vtrunqꝫ sine ɔtrouersia fidelium: i illo potius videtur impletū capite. s. nostro: cū quo vitam nostram in deo apostolus dixit abscōditaꝫ Nam qui proprio filio nō pepcit: sed pro nobis oibus tradidit eū: isto mō vtiqꝫ mortificauit eū. Et quia resuscitauit eū a mortuis eūdē rursus viuificauit. Et qꝛ in pphetia vox eius agnoscitur: nō dereliques aiam meam in inferno: eundeꝫ deduxit ad inferos ⁊ reduxit. Hac eiꝰ paupertate ditati sumus. Dn̄s. n. pauperes facit et ditat. Nam quid hoc sit vt sciamꝰ qđ sequit audiamus. Humiliat ⁊ exaltat: vtiqꝫ supbos hūiliat: ⁊ humiles exaltat. Quod eni alibi legit: deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam: hoc totus habet sermo huius cuius nomē interpretatur gratia eius. Jam vero quod adiungitur: suscitat a terra pauperē: de nullo melius ꝙ de illo intelligo: qui propter nos factus est pauper cuꝫ diues esset: vt eius paupertate sicut pauloante dictum est ditaremur. Ipsum enim de terra suscitauit tam cito: vt caro eiꝰ nō videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo quod additum est: ⁊ de stercore erigit inopē Jnops quippe idem est quod pauper. Stercꝰ vero vnde erectus est rectissime intelliguntur

persecutores iudei. In quorum numero cuz se
dixisset apl's ecclesiã persecutum: que mihi in/
quit fuerunt lucra: hec ꝓpter xp̄m dãna nec so
lum detrimẽta verũ etiam stercora existimaui
esse: vt xp̄m lucrifacerem. De terra ergo susci/
tatus est supra omnes diuites ille paup: ⁊ de il/
lo stercore erectus est supra oẽs opulentos ille
inops vt sedeat cũ potentibus populi: qb⁹ ait.
Sedebitis super duodeci sedes. Et sedez gl'ie
hereditatẽ dans eis. Dixerãt.n. potẽtes illi. Ec
ce nos reliquimus oĩa ⁊ secuti sum⁹ te. Hoc vo
tum potẽtissimi vouerãt. Sed vnde hoc eis: ni
si ab illo de quo hic cõtinuo dictum est dãs vo/
tum vouenti? Alioquin ex illis essent potẽtib⁹
quorũ infirmatus est arcus dans inquit votuz
vouenti. Non.n. dño quisq̃ quicq̃ ratũ voue/
ret: nisi qui ab illo acciperet quod voueret. Se
quitur. Et benedixit annos iusti: vt cum illo.s.
sine fine viuat: cui dictuz est. Et anni tui nõ de
ficient. Ibi enim stant anni: hic aũt transeũt: im
mo pereunt. Antequ enim veniant nõ sunt: cuz
autem venerint non erunt: quia cũ suo fine ve
niunt. Horum aũt duum.i. dans votum vouẽ/
ti: ⁊ benedicens annos iusti: vnũ est quod faci/
mus: alterum quod sumimus. Sed hoc alterũ
deo largitore non sumitur: nisi cum ipso adiuto
re primũ illud efficitur. Quia non in virtute po
tens est vir. Dominus infirmum faciet aduersa
rium eius: illum scilicet qui homini vouenti inui/
det: ⁊ resistit ne valeat iplere quod vouit. Po/
test ex ambiguo greco intelligi aduersariuz su/
um. Cuz.n. dñs possidere nos cepit: ꝑfecto ad/
uersarius qui noster fuerat ipsius fit: et vince/
tur a nobis: sed non viribus nostris: quia non in
virtute sua potens est vir. Dominus ergo infir/
mum faciet aduersariũ suum: dominus sanct⁹
vt vincatur a sanctis: quos dominus sanctus
sanctorũ effecit sanctos. Ac ꝑ hoc nõ glorietur
prudẽs in prudentia sua: ⁊ non glorietur in diui
tijs suis diues: ⁊ non gl'ietur potẽs in potentia
sua: sz in hoc gl'ietur q gl'iatur: intelligere et sci/
re dñm ⁊ facere iudicium ⁊ iustitiã in medio ter
re. Nõ parua ex parte intelligit et scit dñm qui
intelligit ⁊ scit hoc a domino sibi dari: vt intelli/
gat ⁊ sciat dñm. Quid eniz habes ait apostolus
quod non accepisti? Si autẽ ⁊ accepisti: qd gl'ia
ris quasi nõ acceperis.i. quasi a teipso tibi sit vn
de gl'iaris? Facit autem iudiciũ ⁊ iustitiam qui
recte viuit. Recte aũt viuit qui obtẽperat pre
cipienti deo. Et finis precepti idest ad quod re
fertur preceptũ caritas est de corde puro ⁊ cõ
scientia bona ⁊ fide nõ ficta. Porro ista caritas
sicut ioannes apostolus testatur ex deo ẽ. Fa/
cere igit̃ iudiciuz ⁊ iustitiã ex deo est. Sed qd ẽ
in medio terre? Neq̃.n. non debẽt facere iudi
cium ⁊ iustitiam: qui habitãt in extremis terre.
Quis hoc dixerit? Cur ergo additũ ẽ in medio
terre? Quod si nõ adderetur ⁊ tm̃modo dicere
tur facere iudiciũ ⁊ iustitiã: magis hoc p̄ceptuz
ad vtrosq̃ hoĩes pertineret: et mediterraneos
⁊ maritimos. Sz ne quisq̃ putaret post finẽ vi/
te que in hoc agitur corpore supesse tẽpus iudi
ciũ iustitiãq̃ faciendi que cum esset in carne nõ
fecit: ⁊ sic diuinuz euadi posse iudiciũ: in medio
terre mihi videt̃ dictum: cũ quisq̃ viuit in cor/
pore. In hac quippe vita suã quisq̃ terram cir
cũfert: quã moriẽte hoĩe recipit terra cõmunis
resurgẽti vtiq̃ redditura. Proinde in medio ter
re.i. cũ aĩa nostra isto terreno clauditur corpo
re faciẽdum est iudiciũ ⁊ iustitiã: quod nobis ꝓ
sit in posterum: quando recipiet quisq̃ secũduz
ea que per corpus gessit: siue bonũ siue maluz.
Per corpus quippe ibi dixit apostolus: per tẽ/
pus quo vixit in corpore. Non enim si quis ma
ligna mente atq̃ impia cogitatiõe blasphemet
neq̃ id vllis mẽbris corporis opet̃: ideo nõ erit
reus qz id nõ motu corporis gessit: cũ hoc ꝑ illõ
temp⁹ gesserit quo gessit ⁊ corpus. Isto modo
ↄgruenter intelligi potest etiã illud quod ĩ psal/
mo legitur. Deus autem rex noster ante secula
operatus est salutẽ in medio terre: vt dñs ih̄s ac/
cipiatur deus noster qui est ante secula: qz per
ipsum facta sũt secula: operatus ẽ salutem nr̃am
in medio terre: cum verbũ caro factum ẽ: ⁊ ter
reno habitauit in corpore. Deinde postea q̃ ꝓ/
phetatũ est in his v̈bis ãne quõ gloriari debeat
qui gloriat̃ non in se vtiq̃ sz in dño propter re/
tributionẽ que in die iudicij futura est: dñs inqt
ascẽdit in celos ⁊ tonuit: ipse iudicabit extrema
terre: qz iustus est. Prorsus ordinẽ tenuit ↄfes/
sionis fideliũ. Ascẽdit.n. in celũ dñs xp̄s: ⁊ inde
vẽturus ẽ ad viuos ⁊ mortuos iudicãdos. Nã
qs ascendit sicut dicit apl's nisi qui ⁊ descendit
in inferiores partes terre? Qui descẽdit ipse ẽ
et q ascẽdit sup oẽs celos: vt adimpleretur oĩa.
Per nubes ergo suas tonuit: quas spũ sancto
cũ ascendisset ipleuit: de qb⁹ ancille hierusalez
hoc est ingrate vinee cõminatus est apud esaiã
prophetã: ne pluãt sup eã imbrẽ. Sic aũt dictũ
est ipse iudicabit extrema terre ac si diceret̃ eti

az extrema terre. Non.n.alias terre partes nõ
iudicabit: qui oẽs hoĩes proculdubio iudicabit.
Sz melius intelliguntᷣ extrema terre extrema
hoĩs: qm̃ nõ iudicabũtur que in melius vel de/
teriꝰ medio tp̃e cõmutantᷣ: sz in qbꝰ extremis in
uẽtus fuerit qui iudicabitᷣ. Propter qd̃ dictuz
ẽ: q pseuerauerit vsq; i finẽ hic saluus erit. Qui
ergo pseueranter facit iudiciũ ꝛ iustitiã ꝛ in me
dio t̃re: nõ dãnabitᷣ cũ iudicabuntᷣ extrema ter/
re. Et dat inquit virtutẽ regibus nostris: vt nõ
eos iudicãdo cõdẽnet. Dat eis virtutẽ qua car/
nẽ sicut reges regãt: ꝛ in illo mundũ q propter
eos fudit sanguinẽ vincãt. Et exaltabit cornu
christi sui. Quõ christus exaltabit cornu christi
sui: de quo.n. supradictũ ẽ: dñs ascendit i celos
ꝛ intellectus est dñs xp̃s: ipse sicut hic dicitᷣ ex/
altabit cornu christi sui: qui est christus. Christꝰ
ergo christi sui cornu exaltabit: idest vniuscuius
q; fidelis sui: sicut ista ip̃a in p̃ncipio huiꝰ hymni
ait: exaltatũ ẽ cornu meũ in deo meo. Oẽs qp
pe vnctos eiꝰ chrismate recte christos possumꝰ
dicere. Qd̃ tñ totũ cũ suo capite corpus vnus
est christus. Hec anna ꝓphetauit samuelis san
cti viri mater multũq; laudati. In quo quidez
tũc figurata ẽ mutatio vet̃is sacerdotij: ꝛ nũc i
pleta qñ ĩfirmata ẽ q̃ multa erat i filijs: vt nouũ
hr̃et in xp̃o sacerdotiũ sterilis que peꝑit septẽ.

¶ De his que ad heli sacerdotẽ hõ dĩ ꝓphetice locutus est significãs sacerdotiũ quod secũdũ Aaron institutũ fuerat auferendum. Cap. v.

SEd hoc euidẽtius ad ip̃m heli sacerdo
tẽ missus loqtur hõ dei: cuius qdez no/
mẽ tacetᷣ sz intelligitᷣ officio ministerio
q; suo sine dubitatiõe ꝓpheta. Sic.n. scriptũ ẽ.
Et venit hõ dei ad heli: et dixit. Hec dicit dñs.
Reuelãs reuelatus sum ad domũ pr̃is tui: cuz
eẽnt in terra egypti serui in domo pharaonis: ꝛ
elegi domũ pr̃is tui ex oĩbus sceptris israel mi/
hi sacerdotio fũgi: vt ascenderẽt ad altare me/
um: ꝛ incẽderẽt incẽsũ: ꝛ portarẽt ephot. Et de
di domui pr̃is tui oĩa que sũt ignis filiorũ israel
in escã. Et vt qd respexisti incẽsum meũ: et i sa/
crificiũ meũ impudenti oculo: ꝛ glorificasti fili/
os tuos super me: benedicere primitias omnis
sacrificij in israel in ꝯspectu meo? Propt̃ hoc h̃
dicit dominus israel. Dixi: domus tua ꝛ domꝰ
patris tui transibunt corã me vsq; in eternum.
Et nũc hec dicit dñs. Nequaq;: sed glorifican/
tes me glorificabo: ꝛ q spernit me spernetᷣ. Ec/
ce dies veniũt: ꝛ exterminabo semen tuũ et se/
men domus patris tui: ꝛ nõ erit tibi senior i do/
mo mea omnibꝰ diebus: ꝛ virũ exterminabo ti
bi ab altari meo: vt d̃ficiãt oculi eius ꝛ defluat
aĩa eius. Et oĩs qui supererit domus tue: deci/
det in gladio virorũ. Et hoc tibi signum q̇ veni
et super duos filios tuos Ophni et Phinees
vna die morietᷣ ãbo. Et suscitabo mihi sacerdo
tẽ fidelẽ: q oĩa que i corde meo et in aĩa mea sũt
faciet: ꝛ edificabo ei domũ fidelẽ: ꝛ transibit co
ram xp̃o meo oĩbus diebus. Et erit qui supere
rit in domo tua: veniet adorare ei obolo argen
ti dicẽs. Iacta me in vnã partem sacerdotij tui
mãducare panẽ. Nõ est vt dicatur istã prophe
tiã vbi sacerdotij veteris tãta manifestatiõe p̃/
nũciata mutatio ẽ in Samuele fuisse cõpletaz.
Quanq; eniz nõ esset de alia tribu Samuel: q;
que cõstituta fuerat a dño vt seruiret altari: tñ
nõ erat de filijs Aaron: cuius ꝓgenies fuerat
deputata: vt inde fierent sacerdotes. Ac ꝑ hoc
in ea quoq; re gesta eadẽ mutatio que ꝑ xp̃z ie/
sum fuerat futura adũbrata est: ꝛ ad vetꝰ testa
mẽtũ ꝓprie: figurate vero pertinebat ad nouũ
ꝓphetia taz facto etiã ipso q; verbo: id.s. facto
significans: qd̃ verbo ad heli sacerdotẽ dictũ ẽ
ꝑ ꝓphetaz. Nã fuerũt postea sacerdotes ex ge
nere Aaron: sicut Sadoch ꝛ abiathar regnãte
Dauid: ꝛ alij deiceps anteq; tẽpus veniret quo
ista que de sacerdotio mutãdo tanto añ predi/
cta sũt effici ꝑ christũ oportebat. Quis aũt nũc
fideli oculo hec intuẽs nõ uideat esse cõpleta:
quãdo qdez nullũ tabernaculũ: nullũ templũ:
nullũ altare: nullũ sacrificium: ꝛ iõ nec ullus sa
cerdos remãsit iudeis: quibꝰ vt de semine Aa/
ron ordinaretur in dei fuerat lege mandatuz?
Quod ꝛ hic cõmemoratũ est illo dicẽte ꝓphe/
ta: hec dicit dominus d̃us israel: dixi domꝰ tua
ꝛ domus patris tui transibunt corã me vsq; in
eternũ. Et nũc dicit dominꝰ. Nequaq;. sz glori
ficantes me glorificabo: ꝛ q me sp̃nit spernetᷣ.
Qd̃ eim nomiat domũ patris eiꝰ nõ eũ de ꝓpri
mo patre dicere: sed de illo Aarõ qui p̃mus sa/
cerdos ẽ istitutus: de cuiꝰ ꝓgenie ceteri seque
rẽtur supiora demõstrãt: ubi ait. Reuelatꝰ suz
ad domũ pr̃is tui: cũ eẽnt in t̃ra egypti s̃ui i do/
mo Pharaonis: ꝛ elegi domũ pr̃is tui ex oĩbꝰ
sceptr̃ israel mihi sacerdotio fũgi. Quis pater
fuit huius i illa egyptia s̃uitute. vnde cũ libera
ti fuissent: electus est ad sacerdotium nisi Aa/
rõ? De huius ergo stirpe isto loco dixit futuruz
fuisse nõ vt essent vlterius sacerdotes. Quod

am videmus impletun. Uigilet fides: p̄sto sūt
es:cernunt̄:tenent̄:ꝛ videre volētiū oculis in
gerunt̄. Ecce inquit dies veniūt:et extermina
bo semen tuū:et semen dom⁹ p̄ris tui:et nō erit
tibi senior in domo mea oībus diebus:ꝛ viꝝ ex
terminabo tibi ab altari meo: vt deficiāt oculi
eius ꝛ defluat aīa ei⁹. Ecce dies q̄ pꝛenunciati
sunt iaꝫ venerūt:nullus sacerdos ē ſm ordineꝫ
aaron. Et qcunq̄ꝫ ex eius genere ē homo:cū vi/
deret sacrificiū xp̄ianoꝝ toto oꝛbe pollere: sibi
aūt honoꝛē illum magnū eē subtractū:deficiūt
oculi eius ꝛ defluit aīa eius tabe meroꝛis. Pro
prie aūt ad hui⁹ domū heli cui hec dicebant̄ qđ
legtur ptinet:ꝛ oīs q̄ supererit domus tue deci
det in gladio viroꝝ. Et hoc tibi signū qđ veniet
sup duos filios tuos ophni et phinees. Die vno
moꝛient̄ ambo. Hoc ergo signū factū est mutā
di sacerdotij de domo hui⁹: quo signo significa
tū est mutādū sacerdotiū domus aarō. Mors
quippe filioꝝ huius significauit moꝛtē nō hoīum
ſꝫ ipsius sacerdotij de filijs aaron. Qđ aūt seq/
tur ad illum iā ptinet sacerdotē:cuius figuram
gessit huic succedēdo samuel. Proinde q̄ sequū
tur: de xp̄o iesu noui testamēti vero sacerdote
dicunt̄. Et suscitabo mihi sacerdotē fidelē:qui
oīa que i coꝛde meo et q̄ in aīa mea sūt faciat:et
edificabo ei domum fidelē. Ipsa est et̄na ꝛ sup/
na hierusaleꝫ. Et trāsibit inqt coꝛā xp̄o meo oī/
bus diebus. Trāsibit dixit cōuersabit̄: sicut su
perius dixerat de domo aaron: dixi dom⁹ tua
ꝛ dom⁹ p̄ris tui trāsibūt coꝛā me in eternū. Qđ
aūt ait coꝛam xp̄o meo trāsibit: de ipsa vtiq̄ꝫ do
mo intelligēdū ē:non de illo sacerdote q̄ ē xp̄s
ipse mediatoꝛ atq̄ꝫ saluatoꝛ. Domus ergo eius
coꝛam illo transibit. Pōt ꝛ transibit intelligi de
moꝛte ad vitam: oībus diebus quibus peragit̄
vsq̄ꝫ in finē seculi huius ista moꝛtalis. Qđ autē
ait de⁹: qui oīa q̄ in coꝛde meo ꝛ que in aīa mea
sunt faciat: nō arbitremur hr̄e aīam deum cuꝫ
sit cōditoꝛ aīe: ſꝫ ita hoc de deo tropice n̄ ꝓpꝛie
dicit̄: sicut manus ꝛ pedes ꝛ alia coꝛpoꝛis mem
bꝛa. Et ne ſꝫ hoc credatur homo in carnis hui⁹
effigie factus ad imaginē dei: addunt̄ ꝛ ale q̄s
vtiq̄ꝫ nō hꝫ homo: ꝛ dicitur deo: sub vmbꝛa ala
rum tuarum ꝓtege me: vt intelligant hoīes de
illa ineffabili natura: nō pꝛopꝛijs sed translatis
reruꝫ vocabulis ista dici. Qđ vero adiungitur
ꝛ erit q̄ supererit i domo tua veniet adoꝛare ei:
nō ꝓpꝛie dicit̄ de domo hui⁹ heli: sed illi⁹ aaron
de qua vsq̄ꝫ ad aduētū xp̄i hoīes remāserūt: de
quo genere etiā nūcusq̄ꝫ nō desunt. Nā de illa
domo hui⁹ heli iaꝫ supꝛadictū erat. Et oīs q̄ su/
pererit dom⁹ tue decidet i gladio viroꝝ. Quō
ergo hic vere dici potuit: ꝛ erit qui supererit in
domo tua veniet adoꝛare ei: si illud est verū ꝙ
vltoꝛe gladio nemo inde supererit: nisi q̄a illos
intelligi voluit q̄ pertinent ad stirpem: sed illius
toti⁹ sacerdotij ſm oꝛdineꝫ aaron. Ergo si est đ
illis p̄destinatis reliquijs de q̄bus alius ꝓpheta
dixit: reliquie salue fient: vnde ꝛ apostolus: sic
ergo inq̄t in hoc tēpoꝛe relige per electionē gr̄e
salue facte sunt: q̄ꝛ de talibus reliquijs bene in/
telligit̄ esse de quo dictuꝫ ē: q̄ supererit i domo
tua ꝓfecto credit in xp̄ꝫ: sicut temporibus apo
stoloꝛum ex ipsa gente plurimi crediderunt: ne
q̄ꝫ nunc desunt qui licet rarissime tn̄ credant: ꝛ
implet̄ in eo qđ hic iste homo dei ꝯtinuo secut⁹
aduixit: veniet adoꝛare ei obolo argēti: cui ado
rare nisi sūmo illi sacerdoti q̄ et deus est. Neq̄ꝫ
eni in illo sacerdotio ſꝫ oꝛdinē aaron ad hoc ve/
niebāt hoīes ad tēplū vel altare dei: vt sacerdo
teꝫ adoꝛarent. Quid ē autē ꝙ ait obolo argēti:
nisi bꝛeuitate verbi fidei: đ quo ꝯmemoꝛat apo
stolus dictū verbum consumans ꝛ bꝛeuiās fa/
ciet dn̄s super terraꝫ: Argētum aūt ꝓ eloquio
poni psalmista testis est vbi canit̄. Eloquia do/
mini eloquia casta: argentum igne examinatuꝫ
Quid ergo dicit iste: qui venit adoꝛare sacerdo
ti dei ꝛ sacerdoti deo? Iacta me in partē sacer/
dotij tui manducare panem. Nolo in patrū me
oꝛum collocari honoꝛe qui nullus est. Iacta me
in partem sacerdotij tui: elegi eni abiectus esse
in domo domini: qualecunq̄ꝫ ꝛ quantulumcun/
¶ De summo bono et summo malo quid christiani sentiant contra philosophos: qui summum bonum in se sibi esse dixerunt. Cap. iiij.

SI igitur queratur a nobis quid ciuitas dei de his singulis interrogata respondeat: ac primum de finibus bonorum malorumque quid sentiat: respondebit: eternā vitam esse summum bonum: eterna3 vero mortem summum malum: Propter illam proinde adipiscendam istamque vitandam: recte nobis esse viuendum propter quod scriptu3 est iustus ex fide viuit. Quoniam neque bonum nostru3 iam videmus: vnde oportet vt credendo queramus. Neque ipsum recte viuere nobis ex nobis est. nisi credentes adiuuet et orantes qui et

ipsaȝ fidē dedit: quia nos ab illo adiuuādos esse credamus. Illi aūt qui i ista vita fines bonoꝝ ⁊ maloꝝ esse putauerūt: siue i corpore siue i aīa: siue i vtroq₃ ponētes sūmū bonū: atq₃ vt id efficacius eloquar: siue i voluptate: siue i virtute: siue i vtroq₃: siue i voluptate sil' ⁊ qete: siue i virtute: siue in vtrisq₃: siue i primis nature: siue i virtute: siue i vtrisq₃. Hic bti esse: ⁊ a seipsis bti fieri mira vanitate voluerūt. Irrisit hos veritas p ppham dicētē. Nouit dn̄s cogitatiōes hoīuȝ qm̄ vane sunt. Aut sicut hoc testimoniū posuit apl's paulus. Dn̄s nouit cogitationes sapientiū qm̄ vane sūt. Quis eiȝ sufficit q̄tuis eloquentie flumine vite huius miserias explicare: quā lamētatus ē cicero i ↄsolatione de morte filie sicut potuit? Sed q̄tū est qđ potuit? Ea qppe q̄ dicuntur prima nature: qn̄: vbi: quomodo tā bn̄ se i hac vita habere possunt vt nō sub icertis casibus fluctuēt? Quis eiȝ dolor cōtrarius voluptati: q̄ iquietudo ↄtraria qeti: i corpus sapiētis cadere nō potest? Membroꝝ certe amputatio vel mēbroꝝ debilitas hoīs expugnat icolumitatē: deformitas pulchritudinē: ibecillitas sanitatē: vires lassitudo: mobilitatē torpor ac tarditas. Et qđ hoꝝ ē qđ nequeat i carnem sapiētis irruere? Status quoq₃ corporis atq₃ mot⁹: cū decētes atq₃ ↄgruētes sūt iter nature pma numerātur: Sȝ qđ si aliqua mala valitudo mēbra tremore ↄcutiat? Quid si vsq₃ ad ponēdas manus i terrā dorsi spina curuet ⁊ hoīeȝ quodam modo quadrupedē faciat? Nōne oēȝ statuendi corporis ⁊ mouēdi speciem decusq₃ peruertet? Quid ipsius animi primigenia q̄ appellātur bona: vbi duo prima ponūt pp̄ter ↄphēsionē pceptionēq₃ veritatis sensū ⁊ itellectū? Sȝ qualis quātuscūq₃ sensus remanet: si vt alia taceā fiat hō cecus ⁊ surdus? Ratio vera ⁊ intelligentia quo recedet vbi sopit̄: si aliquo morbo efficiat̄ isanus? Phrenetici multa absurda cū dicūt vl' faciūt: plurimūq₃ a bono suo pposito ⁊ morib⁹ aliena: immo suo bono pposito moribusq₃ ↄtraria: siue illa cogitemus siue illa videamus: si digne ↄsiderem⁹ lachrymas tenere vix possum⁹: aut forte nec possumus. Quid dicaȝ de his qui demonū patiūtur icursus? Ubi hn̄t abscōditā ⁊ obrutā itelligētiā suā: qn̄ secūdū suā volūtatē ⁊ aīa eoruȝ ⁊ corpore malignus vtit̄ spūs? Et qs ↄfidit hoc malū i hac vita sapiēti euenire nō posse? Deide pceptio veritatis i hac carne qualis ⁊ q̄ta ē: qn̄ sicut legimus in veraci libro sapientie corpus corruptibile aggrauat aīaȝ: ⁊ deprimit terrena ihabitatio sensū multa cogitantē? Impetus porro vel actionis appetitus: si hoc modo recte latini appellant eam quā greci vocant ormē: quia ipsam primis bonis nature deputāt nonne ipse est quo gerūtur etiam isanoꝝ illi motus miserabiles: ⁊ facta que horremus: quādo peruertitur sensus: ratioq₃ sopitur. Porro ipsa virtus que non est inter prima nature: qm̄ eius doctrina postea itroducente superuenit: cū sibi bonoꝝ culmen vindicet humanoꝝ quid hic agit nisi perpetua bella cuȝ vicijs: nec exterioribus sed interioribus: nec alienis sed plane nostris ⁊ proprijs: maxime illa que grece sophroȝ siue latine temperantia noīatur: qua carnales frenantur libidines: ne i queq₃ flagitia mentem ↄsentientē trahant. Neq₃ eiȝ nullū est vitiū cū sicut dicit apostolus caro ↄcupiscit aduersus spiritū cui vitio ↄtraria virtus est: sicut dicit idem: spiritus ↄcupiscit aduersus carnem. Hec eiȝ iquit sibi iuicem aduersantur vt non ea que vultis faciatis. Quid aūt facere volumus cū perfici volumus fineȝ sūmi boni: nisi vt caro aduersus spiritū non ↄcupiscat: nec sit i bonis hoc vitiū ↄtra qđ spiritus concupiscat? Quod i hac vita q̄uis velimus quoniam facere non valeamus: id saltem in dei adiutorio faciamus: ne carni concupiscenti aduersus spiritum succumbente spiritu cedamus: ⁊ ad perpetrandum peccatuȝ nostra consensione pertrahamur. Absit autem vt quā diu in hoc bello intestino sumus iam nos beatitudinem ad quam vincendo volumus peruenire adeptos esse credamus. Et quis ē vsq₃ adeo sapiens: vt contra libidines nulluȝ habeat oīno conflictum? Quid illa virtus que prudentia dicitur? Nonne tota vigilātia sua bona discernit a malis: vt in illis appetendis istisq₃ vitandis error nullus obrepat? Ac per hoc ⁊ ipsa nos i malis: vel in nobis esse mala testatur. Ipsa eniȝ docet nos malum esse ad peccandum consentire: bonumque esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum cui nos non consētire prudentia docet facit temperātia. Nec prudentia nec temperantia omnino vel imprudentiam vel intemperantiam tollit huic vite. Quid iustitia: cuius munus est sua cuique tribuere: vnde fit in ipso homine quidam iustus ordo nature: vt anima subdatur deo et anime caro: ac per hoc deo et anima et caro? Nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius q̄

in huius operis iam fine requiescere? Tāto gp
pe minus aīa subdit deo: q̄to min⁹ deū in ipsis
suis cogitationibus ↄcipit: ꝛ tāto minus aīe sub
ditur caro: q̄to magis aduersus spiritū ↄcupi/
scit. Quādiu ḡ nobis iest ifirmitas: h̄ pestis: hic
lāguor: q̄uo nos iā saluos: etsi nōdū saluos q̄uo
iā btōs illa finali beatitudie dicere audebim⁹?
Iā v̄o illa virt⁹ cui⁹ nomen est fortitudo in q̄ta/
cunq̄ sapientia euidētissima testis ē malorum
humanoꝝ: q̄ cōpellit̄ patientia tolerare: Que
mala stoici philosophi miroꝛ qua frōte mala nō
esse ↄtēdāt: q̄bus fatent̄ si tanta fuerit: vt ea sa
piens vel nō possit vel nō debeat sustinere: eū
cogi mortem sibimet iferre: atq̄ ex hac vita mi
grare: Tant⁹ aūt sup̄bie stupor ē in his hoībus
hic se hr̄e finē boni ꝛ a seipsis fieri beatos putā
tib⁹: vt sapiēs eoꝝ hoc ē qualē mirabili vanita
te describūt: etiā si cecet̄: absurdescat: obmute
scat: mēbris debilitet̄: doloribus cruciet̄: ꝛ si qd
aliud taliū maloꝝ dici aut cogitari pōt incidat
in eū: quo sibi mortē cogat̄ inferre: hanc in his
malis vitā ↄstitutā eos nō pudeat vocare be/
atā. O vita beata: q̄ vt finiat̄ mortis q̄rit auxi
liū. Si beata est maneat̄ i ea. Si vero propter
ista mala fugit̄ ab ea: q̄uo est beata? Aut q̄uo
ista nō sunt mala: q̄ vincūt fortitudinis bonum
eandēq̄ fortitudinē nō solū sibi cedere: verū/
etiā delirare ↄpellūt: vt ꝛ eandē vitā dicant
beatā: ꝛ p̄suadeāt esse fugiendam? Quis vsq̄/
adeo cecus est vt nō videat: vt si beata eēt fugi
enda non esset? Sed si p̄pter infirmitatis pon/
dus qua p̄mit̄ hanc fugiendā fatent̄: quid igi/
tur cause est: cur nō etiā miserā fracta super
bie ceruice fateant̄? Utrū obsecro cato ille pa
tientia: an poti⁹ impatiētia se peremit? Nō eni
hoc fecisset nisi victoriā cesaris impatiēter tu/
lisset. Ubi est fortitudo? Nēpe cessit: nēpe suc/
cubuit: nēpe vsq̄ adeo sup̄ata ē: vt vitā beatā
derelinq̄ret: desereret: ac fugeret. An nō erat
iā beata? Misera ergo erat. Q̄uo ergo mala
non erant: q̄ vitā miserā fugiēdāq̄ faciebāt?
Quapropter etiā ipsi q̄ mala ista eē cōfessi sūt:
sicut p̄ipatetici sicut veteres academici: quoꝝ
sectā varro defendit: tolerabili⁹ q̄dē loquunt̄
sed eoꝝ quoq̄ mirus est error: q̄ in his malis ꝛ
si tā grauia sunt vt morte fugiēda sint: ab ip̄o
sibimet illata q̄ hec patit̄: vitā beatā tn̄ esse cō/
tendūt. Mala sunt inq̄t tormēta atq̄ cruciat⁹
corporis: ꝛ tāto sunt peiora q̄to potuerūt esse
maiora q̄bus vt careas ex hac vita fugiēdū ē.

Qua vita obsecro? Hec inq̄t: q̄ tātis aggrauat̄
malis. Certe ergo beata est in eisdē ipsis malis:
p̄pter q̄ dicis eē fugiendā an ideo beatā dicis
q̄ licet tibi ab his malis morte recedere? Quid
si ḡ i eis aliq̄ diuino tenereris iudicio: nec p̄mitte
reris mori nec vnq̄ sine illis eē sinereris? Nēpe
tūc saltē miserā diceres talē vitā. Nō igr̄ p̄ptea
misera n̄ ē: q̄ cito relinquit̄: q̄n q̄dē si sempiterna sit
etiā abs teipso misera iudicabit̄: nō itaq̄ p̄pte/
rea q̄ breuis est nulla miseria videri debet. aut
q̄d est absurdi⁹: q̄ breuis miseria ē: ideo etiā be
atitudo appellari. Magna vis est in eis malis:
q̄ cogunt hoīem s̄m ipsos etiā sapientem: sibimet
auferre q̄ homo ē: cū dicāt ꝛ verū dicāt hāc eē
nature primā quodāmodo ꝛ maximā v̄tutē vt
homo cōciliet̄ deo: ꝛ p̄pterea mortē naturalr̄
fugiat: ita sibi amic⁹ vt esse aīal: ꝛ in hac cōiun/
ctione corporis atq̄ aīe velit viuere vehemen/
terq̄ appetat. Magna vis est i eis malis q̄bus
iste nature vīcit̄ sensus: quo mors oīs modo oī/
bus viribus conatibusq̄ uitat̄: ꝛ ita vincit̄ vt q̄
vitabatur optet̄: appetat̄: ꝛ si nō potuerit aliū
de cōtingere: ab ipso hoīe sibimet iferat̄. Ma/
gna vis est i eis malis. q̄ fortitudine faciūt homi
cidā: si tn̄ adhuc dicenda est fortitudo: q̄ ita his
malis vincit̄: vt hoīem quē sicut virtus regēdū
tuendūq̄ suscepit: nō mō non possit p̄ patiētiā
custodire sed ipsa insup̄ cogatur occidere. De/
bet quidem etiam mortem ferre sapiens patiē/
ter: sed que accidit aliunde. Secundū istos au
tem si eam sib ipsi inferre compellitur: p̄fecto
fatendum est eis: non solum mala: sed intolera
bilia etiam mala esse: que hoc eum p̄petrare cō
pellunt. Uita igitur que istorum tam magnorū
tam grauiūq̄ malorum aut premitur onerib⁹
aut subiacet casibus: nullo modo beata dicere
tur: si homines qui hoc dicunt sicut victi malis
ingrauescentib⁹ cum sibi mortem ingerunt: ce
dunt infelicitati: ita victi certis rationibus cū
querunt beatam vitam dignarent̄ cedere veri
tati. ꝛ non sibi in ista mortalitate putarent fine
summi boni esse gaudendum: vbi ipse virtutes
quibus hic nihil certe melius atq̄ vtilius in ho/
mine reperitur: quāto maiora sūt adiutoria cō/
tra vim squallorum: laborum dolorum: tāto fi
deliora testimonia miseriaꝝ. Si enim vere vir/
tutes sunt: que nisi in eis quibus vera inest pie
tas esse non possunt: nō se p̄fitentur hoc posse
ut nullas miserias homines patiantur in q̄bus
sunt. Neq̄ enim mendaces sunt vere virtutes

vt hoc ꝯfiteant̄:sed vt vitia humana que tot ⁊
tantis huius seculi maculis cogitur misera:spe
futuri seculi sit beata sicut ⁊ salua. Q̄uo eni be/
ata est:que nōdū salua est? Vn̄ et apl's paulus
nō de hoībus īprudentibus:īpatientib⁹:intēpe
rantib⁹:⁊ iniquis:sed de his q̄ fm verā pietatez
viuerent:⁊ ideo virtutes quas habēt veras ha
berent ait. Spe eni salui facti sumus. Spes āt
que videtur non est spes. Qđ enim quis videt:
quid sperat? Si aūt qđ non videmus speram⁹
per patientiā expectamus. Sicut ergo spe sal/
ui:ita spe beati facti sum⁹:⁊ sicut salutē:ita bea
titudinem nō iaz tenemus p̄sentem s3 expecta/
mus futuraz:⁊ hoc ꝑ patientiam:q2 in malis su
mus que patiēter tolerare debemus:donec ad
illa veniam⁹ bona:vbi oīa erunt quib⁹ ineffabi
liter delectentur:nihil erit aūt qđ iam tolerare
debeamus: Talis salus q̄ in futuro seculo erit
ipsa erit etiā finalis beatitudo. Quam beatitu/
dinē ipsi philosophi qm̄ nō videntes nolūt cre/
dere:hic sibi conant̄ falsissimaz fabricare q̄to
superbiore tanto mendaciore virtute.

¶ De sociali vita:q̄ cum maxime expetenda sit
multis offensionib⁹ sepe subuertitur. Cap. v.

Q Uod autē socialē vitā esse volunt sapi
entes:nos multo ampli⁹ approbamus
Naz vnde ista dei ciuitas de qua hui⁹
operis ecce iaz vnde nonūdecimū libruz versa/
mus in manibus:vel inchoaret̄ exortu:vel ꝓ/
grederet̄ excursu:vel debitos apprehenderet
fines:si nō esset socialis vita sanctorū: Sed in
huius mortalitatis erūna:quot ⁊ quantis abū/
det malis humana societas q̄s enumerare va/
leat? Quis existimare sufficiat? Audiant apud
amicos suos hominē cum sensu atq3 cōsensu oī
um hominū dicere:duxi vxorem:quaz ibi mise
ram vidi nati filii alia cura. Quid itidem illa q̄
in amore vitia cōmemorat idez terenti⁹:iniurie
suspitiones inimicitie:bellū:pax rursum. Non
ne res humanas vbiq3 impleuerunt? Nonne
hec in amicorum honestis amoribus plerunq3
cōtingunt? Nōne his vsq3quaq3 plene sunt res
humane vbi iniurias:suspitōes inimicitias:bel/
lum certa mala sentim⁹:pacē vero īcertum bo/
num:qm̄ corda eo℞ cū quibus eaz tenere volu
mus ignoram⁹:⁊ si hodie nosse possem⁹:qualia
cras futura essent vtiq3 nescirem⁹? Qui porro
inter se amicitiores solent eē vel debēt:q3 qui
vna domo cōtinent̄? Et tn̄ q̄s inde securus est
cū tāta sepe mala ex eo℞ occultis īsidijs extiterīt

tāto amariora q̄to dulcior pax fuit:q̄ vera pu
tata est cū astutissime fingeret̄? Propter qđ oī
um pectora sic attingit:vt cogat in gemitū.qđ
ait tullius. Nulle sunt occultiores insidie:q3 he
que latent ī simulatione officij:aut in aliquo ne
cessitudinis nomine. Nam eum qui palam est
aduersarius facile cauēdo vitare possis:hoc ve
ro occultum:intestinum ac domesticum malū:
non solum existit:verumetiam opprimit ante/
q3 ꝓspicere atq3 explorare potueris: Propter
qđ diuina vox illa:et inimici hominis domestici
eius cum magno dolore cordis auditur:quia ⁊
si quisq3 tam fortis sit vt equo animo perferat:
vel tam vigilans vt prouido consilio caueat:q̄
aduersus eū molia amicitia simulata eorum tn̄
hoīuz ꝑfido℞ mala cū eos eē pessimos expit̄:si
ipse bon⁹ ē grauit̄ excrutiet̄ necesse ē.siue sēp
mali fuerit ⁊ se bonos finxerint:siue ī istā maliti
az ex bonitate mutati sint. Si ergo dom⁹ cōmu
ne perfugium in his malis humani generis tu/
ta non est:quid ciuitas.que quanto maior ē tan
to forum eius litibus ciuilibus et criminalibus
plenius etiam si quiescant non solum turbulen
te:verum etiam sepius ⁊ cruente seditiones et
bella ciuilia:a quorum euentibus sunt aliquā/
do libere ciuitates:a periculis nunq3?

¶ De errore humanorum iudiciorum cum ve/
ritas latet. Capitulum. vi.

Q Uid ipsa iudicia hominum de homini/
bus:que ciuitatib⁹ etiam in quātalibet
pace manentibus deesse non possunt:
qualia putamus esse q3 misera:q3 dolēda quā/
do quidem hi iudicant:qui conscientias eorum
de quibus iudicant cernere nequeunt? Unde
sepe coguntur tormentis innocentium testiuz
ad alienam causam pertinentem querere veri/
tatem. Quid cum in sua causa quisq3 torquet̄
⁊ cum queritur vtrum sit nocens:cruciatur et
innocens:luit ꝓ incerto scelere certissimas pe/
nas:nō quia illud commisisse detegitur:sed q2
non commisisse nescitur? Ac per hoc ignorātia
iudicis plerunq3 est calamitas innocentis. S3
quod intolerabilius est magisq3 plangendum:
rigandumq3 si fieri posset fontibus lachrymā/
rum:cum propterea iudex torqueat accusatuz
ne occidat nesciens innocentem:fit per ignorā
tie miseriam vt et tortum et innocentem occi/
dat:quem ne innocentem occideret torserat.
Si enim secūdū istorum sapientiam delegerit
ex hac vita fugere:q3 diutius illa sustinere tor/

mēta: quod non cōmisit cōmisisse se dicit. Quo dānato ꝛ occiso: vtrū nocētē aut inocētem iudex occiderit adhuc nescit: quē ne inocentē nesciēs occideret torsit: ac ꝑ hoc inocētē ꝛ vt sciret torsit: ꝛ dū nesciret occidit. In his tenebris vite socialis sedebit iudex ille sapiēs: an non audebit? Sedebit ille plane. Cōstringit. n. eum ꝛ ad hoc officiū ptrabit humana societas: quam deserere nefas ducit. Hoc. n. nefas eē nō ducit ꝙ testes inocētes i causis torquētur alienis ꝙ hi qui arguūtur vi doloris plerūqꝫ supati et de falsa confessi: etiā puniūtur inocētes: cū iā torti fuerint inocētes. Quod ꝛ si nō morte puniantur: in ipsis vel ex ipsis tormētis plerūqꝫ moriūtur. Quod aliqñ ꝛ ipsi qui arguūt humane societati fortasse ne crimina īpunita sint prodesse cupiētes: ꝛ mentiētibꝰ testibus reoqꝫ ipso cōtra tormēta durante īmaniter nec fatēte: ꝓbare quod obijciūt non valentes quāuis vera obiecerit: a iudice nesciēte damnat̄. Hec tot ꝛ tāta mala deputat eē peccata. Nō. n. hec facit sapiēs iudex volūtate nocendi: sed necessitate nesciēdi: ꝛ tñ quia cogit hūana societas iudicādi ēt necessitate. Hec est ergo quā dicimꝰ miseria certe hominis: ꝛ si nō malitia sapiētis. An vero necessitate nesciēdi atqꝫ iudicandi torqueat insontes: punit īsontes: ꝛ parū ē illi ꝙ nō ē reꝰ: si nō sit īsup ꝛ beatꝰ? Quāto cōsideratiꝰ ꝛ hoie dignīꝰ ꝛ hominē agnoscit i ista necessitate: eāqꝫ miseriā i se odit: ꝛ si pie sapit clamat ad deū: de necessitatibꝰ meis erue me.

¶ De diuersitate linguarū qua societas hominū dirimit: ꝛ de miseria bellorū etiam que iusta dicuntur. Capitulum. vij.

Post ciuitatē vel vrbē sequit̄ orbis terre: in quo tertiū gradū ponūt societatis humane: incipiētes a domo atqꝫ inde ad vrbē: deide ad orbē terre progrediendo veniētes. Qui vtiqꝫ sicut aquaꝝ cōgeries quāto maior ē tanto periculis plenior. In quo primū linguaꝝ diuersitas hominē alienat ab homine. Nā si duo sibimet inuicē fiant obuiā neqꝫ preterire sed simul esse aliq̄ necessitate cogantur: quoꝝ neuter nouit linguā alterius: facilius sibi animalia muta etiā diuersi generis: ꝙ̄ cum illi sint hoies ambo sociātur. Quando. n. quē sentiunt inter se cōmunicare nō possūt propter solam linguarū diuersitatē: nihil prodest ad sociandos hoies tanta similitudo nature: ita vt libentius homo sit cū cane suo: ꝙ̄ cū hoie alieno. At. n. opera data ē vt iperiosa ciuitas: nō solū iugū verūetiā linguā suā domitis gentibꝰ per pacē societatis iponeret: per quā nō deesset imo ꝛ abūdaret ēt interpretū copia. Verū ē. Sed hoc ꝙ̄ multis ꝛ quā grādibꝰ bellis: quanta strage hominū: quāta effusione humani sanguinis cōparatū ē? Quibus trāsactis nō ē tamē eorūdē maloꝝ finita miseria. Quāuis. n. nō defuerint neqꝫ hostes desint exterre natiōes: cōtra quas semꝑ bella gesta sūt ꝛ gerunt̄, tñ ēt ipsa iperij latitudo peperit peioris generis bella: socialia. s. atqꝫ ciuilia: qbꝰ miserabiliꝰ quatit̄ genꝰ humanū: siue cū belligeratur vt aliquādo cōquiescāt: siue cum timet̄ ne rursus exurgāt. Quoꝝ maloꝝ mltas ꝛ multiplices clades: duras ꝛ diras necessitates: si vt dignū est eloqui velim: quāqꝫ nequaqꝫ sicut res postulat possiꝫ: quis erit ꝓlixe disputatiōis modus? Sed sapiēs iquiūt iusta bella gesturus ē. Quasi nō si se hoiē meminit: multo magis dolebit iustoꝝ necessitates sibi extitisse belloꝝ: qꝛ nisi iuste eēnt ei gerēda nō eēnt. Ac ꝑ hoc sapiēti nulla bella eēnt. Iniqtas. n. ptis aduerse iusta bella igerit gerēda sapiēti: q̄ iniqtas hoi vtiqꝫ ē dolēda: qꝛ hominū ē: ꝛ si nulla ex ea bellandi necessitas nasceret̄. Hec itaqꝫ mala tā magna: tā horrēda tā seua: qsqs cū dolore cōsiderat: miꝑiā necesse ē fateat̄. Quisqs aūt vl̄ patitur ea sine animi dolore vl̄ cogitat: mlto vtiqꝫ miseriꝰ iō se putat beatū qꝛ ꝛ hūanū ꝑdidit sensū.

¶ Quō amicitia bonorū secura esse non possit: dum a periculis que in hac vita sunt trepidari necesse est. Capitulum. viij.

Si aūt non cōtingat quedā ignorantia similis dementie: que tamē i huiꝰ vite miꝑa conditione sepe contingit: vt credat̄ vel amicus esse qui inimicus est: vel inimicus qui amicus est: quid nos consolatur in hac humana societate erroribus erūnisqꝫ plenissima: nisi fides non ficta: ꝛ mutua dilectio verorum bonorumqꝫ amicorum quos quanto plures ꝛ in pluribus locis habemus: tanto longius latiusqꝫ metuimus: ne quid eis contingat mali de tantis malorū aggeribus huius seculi? Nō eniꝫ tantūmodo solliciti sumus ne fame: ne bellis: ne morbis: ne captiuitatibus affligātur: ne in eadeꝫ seruitute talia patiātur qualia nec cogitare sufficimꝰ: verūetiā vbi timor mlto amarior ē ne i ꝑfidiā malitiā neqtiāqꝫ mutēt̄. Et qñ ista contingunt: tanto vtiqꝫ plura quanto illi

ſunt plures: ⁊ in pluribꝰ locis: ⁊ in noſtrã notiti/
am proferũtur q̄bus cor noſtrũ flagris vrat̃:
quis pōt niſi qui talia ſentit aduertere? Mor/
tuos q̄ppe mallemuſ audire: quãuis ⁊ hoc ſine
dolore audire nũ poſſemꝰ: Quorũ.n. nos vita
ꝓpter amicitie ſocialis ſolatia delectabat vn/
de fieri pōt vt eoꝝ mors nobis nullam ingerat
meſtitudinẽ? Quã qui prohibet: ꝓhibeat ſi pōt
amica colloquia: iterdicat amicabilẽ ſocietatẽ
vel interdicat affectũ omniũ humanarũ neceſ
ſitudinũ: vincula mentis imitis imiti ſtupore di
rũpat: aut ſic eis vtẽdũ cenſeat vt nulla ex eis
animũ dulcedo perfundat. Quodſi fieri nullo
mō pōt: etiã hoc quo pacto futurũ ẽ vt eius no
bis amara mors nō ſit: cuius dulcis ẽ vita. Hic
ẽ enim ⁊ luctꝰ q̄dã in humano corde quaſi vul/
nus aut vlcus: cui ſanãdo adhibẽtur officioſe
cõſolatiões. Nō.n. ꝓpterea nō ẽ quod ſanetur
q̄m quãto ẽ animꝰ melior: tãto in eo faciꝰ citi/
uſq̄ ſanat̃. Cũ igit̃ etiã de cariſſimoꝝ mortibꝰ
maxime quoꝝ ſunt humane ſocietati officia ne
ceſſaria nunc mitiꝰ nũc aſperius affligat̃ vita
mortaliũ: tñ eos mortuos quos diligimꝰ: q̄ꝫ vl
a fide vel a bonis moribꝰ lapſos: hoc eſt in ipſa
anima mortuos audire ſeu videre mallemus.
Qua ingenti materia malorũ plena ẽ terra: ꝓ
pter quod ſcriptum ẽ. Nũq̄d nō tentatio eſt vi
ta humana ſup t̃rã. Et ꝓꝑ quod ip̄e dominꝰ ait
ve mũdo a ſcãdalis. Et iterũ. Quoniã abũda/
uit inquit iniquitas refrigeſcet caritas multo/
rũ. Ex quo fit vt bonis amicis mortuis gratu/
lemur: ⁊ tñ mors eoꝝ nō cõtriſtet: ipſa nos cer:
tius cõſolet̃: quoniã malis caruerũt quibus in
hac vita etiã boni homines vl conterunt̃: vel
deprauantur: vel in vtroq̄ periclitant̃.

¶ De amicitia angeloꝝ que homini i hoc mun/
do nō pōt eẽ manifeſta ꝓꝑ fallaciã demonum
in quos inciderunt qui multos ſibi deos colen
dos putauerunt. Capitulum.ix.

In ſocietate vero ſanctoꝝ angeloꝛꝫ
quã philoſophi illi qui nobis deos eẽ
amicos voluerũt quarto cõſtituerũt
loco: velut ad mũdũ veniẽtes ab orbe terrarũ
vt ſic quodãmodo cõplecterent̃ ⁊ celum nullo
modo quidem metuimꝰ: ne tales amici vl mor
te nos ſua vl deprauatione contriſtent. Sꝫ or
nobis nō ea qua homines familiaritate miſcẽt̃
quod ẽt ipſum ad erũnas ꝑtinet huius vite: et
aliquãdo ſathanas ſicut legimus transfigurat
ſe in angelũ lucis ad tentãdos eos quos ita vl

erudiri opus ẽ: vel decipi iuſtum ẽ: magna dei
miſericordia neceſſaria ẽ: ne quiſquã cũ bonoſ
ãgelos amicos ſe habere putat: habeat malos
demones amicos fictos: eoſq̄ tanto nocentio
res: quãto aſtutiores ac fallaciores patiat̃ ini/
micos. Et cui magna dei miſericordia iſta ẽ ne
ceſſaria niſi magne humane miſerie: que igno/
rãtia tanta premitur: vt facile iſtoꝝ ſimulatiõe
fallat̃. Et illos quidẽ philoſophos i ipia ciuita/
te q̄ deos ſibi amicos eẽ dixerunt in demones
malignos incidiſſe certiſſimũ ẽ: quibꝰ tota ipa
ciuitas ſubdit̃ eternũ cũ eis habitura ſupplici
um. Ex eorũ quippe ſacris vel potius ſacrilegi
is: quibꝰ eos colẽdos: ⁊ ex ludis imundiſſimis
vbi eoꝝ crimina celebrãtur: quibꝰ eos placan/
dos putauerũt: eiſdẽ ipſis auctoribꝰ ⁊ exacto/
ribus talium tantorũq̄ dedecoꝝ: ſatis ab eis
qui colantur apertum eſt.

¶ Qui fructus ſãctis de ſuperata huius vite
tentatione pariatur. Capitulum.x.

Sed neq̄ ſancti ⁊ fideles vnius v̄i dei
ſũmiq̄ cultores ab eoꝝ fallacijs ⁊ ml
tiformi tentatiõe ſecuri ſũt. In hoc.n.
loco ifirmitatiſ ⁊ diebꝰ malignis ẽt iſta ſollicitu
do nō ẽ inutilis: vt illa ſecuritas vbi pax pleniſ
ſima atq̄ certiſſima ẽ deſiderio feruẽtiore que
rat̃. Ibi erunt.n. nature munera: hoc ẽ que na/
ture noſtre ab omniũ naturaꝝ creatore donã/
tur: nō ſolũ bona verũ ẽt ſempiterna: nō ſolum
i animo qui ſanabit̃ per ſapiẽtiã: verũetiam in
corpore quod reſurrectione renouabitur. Ibi
virtutes nō cõtra vlla vitia vel mala quecũq̄
certãtes: ſꝫ hñtes victorie p̄miũ eternã pacem
quã nullus aduerſariꝰ inq̄etet. Ipſa ẽ.n. btitu/
do final: ipſa ꝑfectiõis finis: q̄ cõſumẽtẽ finem
nō hẽt. Hic aũt dicimur beati: q̄ñ pacẽ hẽmus:
q̄ñtulacũq̄ hic hẽri pōt i vita bona. Sed hec
beatitudo illi quã finalẽ dicimꝰ beatitudini cõ/
parata: prorſus miſeria reperitur.

¶ De btitudie pacis et̃ne in q̄ ſanctis finis eſt. ſ.
vera ꝑfectio. Capitulum.xi.

Hanc ḡ pacẽ q̄lis hic pōt eẽ: mortales
hoies i rebꝰ mortalibꝰ q̄ñ hẽmꝰ: ſi viui/
mꝰ recte bõis eiꝰ recte vtit̃ v̄tꝰ: q̄ñ v̄o eã nō ha
bemꝰ ẽt mal q̄ bõ patit̃ bñ vtit̃ v̄tꝰ: Sꝫ tunc eſt
vera virtꝰ q̄ñ ⁊ oia bona q̄bꝰ vtit̃ bene: ⁊ q̄cq̄d
i bono vſu bonoꝝ ⁊ maloꝝ facit: ⁊ ſeipſã ad eũ
finẽ refert: vbi nob talis ⁊ tanta pax erit: q̄ me/
lior ⁊ maior eſſe non poſſit. Quapropter poſſu
mus dicere fines bonoꝝ noſtrorum eſſe paceꝫ

ſicut eternā diximus vitam: preſertim q2 ipſi ciuitati dei de qua nobis ē iſta opioſiſſima diſputatio: in ſancto dicitur pſalmo. Lauda hierl'm dn̄m. Lauda deū tuuz ſyon. Qm̄ cōfortauit ſeras portarū tuarū: bn̄dixit filios tuos ite. Qui poſuit fines tuos pacem. Quoniā confirmate fuerunt ſere portaꝝ eiꝰ: iā in illam nullus intrabit: nec ab illa vllus exibit. Ac per hoc fines eiꝰ eā debemꝰ hic intelligere pacē: quam volumꝰ demōſtrare finalē. Nam ꝛ ipſius ciuitatis myſticum nomē .i. hieruſalē: quod vt ante iaz diximus viſio pacis interꝑtatur. Sed qm̄ pacis nomē etiā in his rebꝰ mortalibus frequentatᷣ: vbi vtiqꝫ nō eſt vita eterna: ꝓpterea finez ciuitatis huius vbi erit eiꝰ ſūmū bonū: eternā vitā maluimus cōmemorare pacez. De quo fine apl's ait. Nūc vero a peccato liberati: ſerui aūt facti deo habetis fructū vr̄m in ſanctificationē: finē vero vitam eternā. Sed rurſus q2 vita eterna ab eis qui familiaritatē nō habent cū ſcripturis ſā ctis: poteſt etiā accipi maloꝝ vita: vel etiaz ſm̄ quoſdam ph'os ꝓpter aīe imortalitatē: vel etiā ſm̄ fidem nr̄az ꝓpter penas interminabiles impioꝝ qui vtiqꝫ in eternuz cruciari nō potuerūt: niſi etiā vixerint in eternū: ꝑfecto finis ciuitatꝭ huius in quo ſūmū bonuz habebit: vl' pax ī vita eterna: vel vita eterna in pace dicēdus ē: vt ab oībus faciliꝰ poſſit intelligi. Tm̄ eſt eni pacis bonuz: vt etiā in rebꝰ terrenis atqꝫ mortalibꝰ nihil gratius ſoleat audiri: nihil deſiderabilius cōcupiſci: nihil poſtremo poſſit meliꝰ īueniri. De quo ſi aliquāto diutius loqui voluerimꝰ: nō erimus quātum arbitror oneroſi legētibus: et propter finem ciuitatis huius de qua nobis ſermo eſt: ꝛ ꝓpter ipſaz dulcedinē pacis que oībus ē cara.

¶ Qđ etiā bellantiū ſeuitia cēſqꝫ hoīum īquietudines ad pacis finē cupiāt ꝑuenire: ſine cuius appetitu nulla natura ſit. Capitulum .xij.

Q Uod eiz quiſqꝫ mecū res humanas naturāqꝫ cōmunē vtcūqꝫ intuetur: agnoſcit. Sicut .n. nemo eſt q gaudere nolit: ita nemo eſt qui pacē habere nolit. Qn̄ quidē ꝛ ipſi q bella volunt nihil aliud q̄ꝫ vincere volūt: ad glorioſā ergo pacez bellādo cupiūt ꝑuenire. Naz qd aliud ē victoria: niſi ſubiectio repugnātium? Quod cū factū fuerit pax erit. Pacis ergo intētione gerūtur ꝛ bella: ab his etiā qui virtutē bellicā ſtudent exercere: imꝑando atqꝫ pugnādo. Unde pacē conſtat belli eſſe optabilez finem. Oīs enim homo etiaz belligerando pacem reqrit: nemo aūt bellū pacificando. Nā et illi qui pacē in qua ſunt ꝑturbari volunt: nō pacem oderūt: ſed eam pro arbitrio ſuo cupiūt cōmutari. Nō ergo vt ſit pax nolunt: ſed vt ea ſit quā volunt. Deniqꝫ ꝛ ſi per ſeditionē ſe ab alijs ſeparauerint: cum eis ipſis cōſpiratis vel cōiuratis ſuis niſi qualēcūqꝫ pacis ſpēm teneant: non efficiūt qđ intendunt. Proinde latrones ipſi vt vehemētius ꝛ tutius infeſti ſint paci ceteroruz pacem volūt habere ſocioꝝ. Sed ꝛ ſi vnꝰ ſit taz prepollēs viribus ꝛ cōſcios ita cauens vt nulli ſocio ſe cōmittat: ſoluſqꝫ inſidiās ꝛ preualēs q̄bus potuerit oppreſſis ꝛ extinctis: predas agat cum eis certe quos occidere nō poteſt: et quos vult latere quod facit: qualēcūqꝫ vmbrā pacis tenet. In domo aūt ſua: cum vxore cū filijs ꝛ ſi quos alios illic habet: ſtudet profecto eſſe pacatus eis q̄ppe ad nutuz obtēperantibus ſine dubio delectatur. Nam ꝛ ſi nō fiat indignatᷣ corripit: vindicat: ꝛ domꝰ ſue pacē ſi ita neceſſe ſit ēt ſeuiēdo cōponit: quā ſentit eē nō poſſe niſi cuidaz principio quod ipſe in domo ſua eſt: cetera in eadez domeſtica ſocietate ſubiecta ſint: idqꝫ ſi offerretᷣ ei ſeruitus plurium: vel ciuitatis vel gētis: ita vt ſic ei ſeruirēt quēadmodū ſibi domꝰ ſue ſeruire volēbat: nō ſe iā latronē latebris cōderet: ſed regē cōſpicuū ſublimaret: cū eadem in illo cupiditas: ꝛ malitia ꝑmaneret. Pacē itaqꝫ cum ſuis oēs habere cupiunt: quos ad ſuum arbitriū volunt viuere. Nā ꝛ cuz quibus bellū gerunt: ſuos facere ſi pn̄t volūt: eiſqꝫ ſubiectis leges ſue pacis īponere. Sed faciamus aliquē qualē canit poetica ꝛ fabuloſa narratio. Quez fortaſſe ꝓpter ipſam inſociabilē feritatē: ſemihoiem q̄ꝫ hoiez dicere maluerūt. Quāuis ergo huius regnū dire ſpelunce fuerit ſolitudo: tāqꝫ malitia fuerit ſingularis: vt ex hac ei nomen ſit inuētū: nā malus grece cacos dr̄: quod ille vocabatᷣ vt nulla cōiunx ei blāde ferret: referretqꝫ ſmonez nullis filijs vel alluderet paruulis: vel grādiuſculis imparet: nullo amici collogo fruerētᷣ nec Uulcani pr̄s: quo vel huic tm̄ nō parū felicior fuit: q2 tale monſtꝝ ipſe nō genuit: nihil cuiqꝫ daret: ſed a quo poſſet qcqd vellet ꝛ quātum: ꝛ qn̄ poſſet: ꝛ quantū vellet auferret. Tn̄ in ipſa ſua ſpelūca ſolitaria: cuius vt deſcribitᷣ ſemp recēti cede tepebat humꝰ: nihil aliđ q̄ꝫ pacem volebat: ī qua nemo illi moleſtus eſſet: nec eiꝰ qetem vis vllius terrorqꝫ turbaret. Cū corpore ſuo deniqꝫ pacem habere cupiebat: ꝛ quā

tum habebat: tñ illi bene erat. Quãdoqdē mē/
bris obtempantibus impabat: ⁊ vt suã moꝛtali
tatē aduersum se ex indigētia rebellantē ac se/
ditionē famis ad dissociãdaꝫ atqꝫ excludendã
de coꝛpe aĩam cõcitantē: quanta posset festina
tõe pacaret: rapiebat: necabat: voꝛabat: ⁊ quã
uis imanis ac ferus: paci tñ sue vite ac salutis i
maniter ac ferociter ↄsulebat. Ac per hoc si pa
cem quaꝫ in sua spelũca atqꝫ in se ipso hr̃e sata/
gebat: cũ alijs ēt habere vellet: nec malus: nec
monstrũ: nec semihõ vocaretur. Aut si eius coꝛ
poꝛis foꝛma ⁊ atroꝛũ igniuꝫ vomitus: ab eo de
terrebat hoĩum societatē: foꝛte nõ nocendi cu/
piditate sed viuendi necessitate seuiebat. Verꝫ
iste nõ fuerit: vel quod magis credēdũ est talis
nõ fuerit qualis vanitate poetica d̃scribit̃. Nisi
eñi nimis accusaret̃ cacus: parũ hercules lau/
daretur. Talis ergo hõ siue semihõ meli⁹ vt di/
xi creditur nõ fuisse: sicut multa figmēta poeta
rum. Ipse.n. fere seuissime vnde ille parteꝫ ha
buit feritatis: nã ⁊ semiferus dictus ē: gen⁹ pꝛo
pꝛium quadaꝫ pace custodiuit: coeundo: gignē
do: patiēdo: foetus fouēdo atqꝫ nutriendo: cuꝫ
sint plereqꝫ insociabiles ⁊ soliuage. Non.s. vt
oues: cerui: colũbe: sturni: apes: sꝫ vt leões: vul
pes: aquile noctue. Que.n. tygris nõ filijs suis
mitis imurmurat: ⁊ pacata feritate blanditur.
Quis miluus ⁊ quantũlibet solitari⁹ rapinis cir
cũuolet: nõ coniugiũ copulat: nidũ ↄgerit: oua
confouet: pullos alit: ⁊ quasi cum sua matrefa/
milias societatem domesticã quanta potest pa
ce conseruat? Quanto magis homo fert̃ quo/
dãmodo nature sue legibus: ad ineũdam socie
tatem pacemqꝫ cũ hoĩbus quantũ in ipso est oĩ
bus obtinendã: cum etiam mali pꝛo pace suoꝝ
belligerēt: omnesqꝫ si possent suos facere velit
vt vni cũcti ⁊ cuncta deseruiant: quo pacto ni
si vt in eius pacē vel amãdo vel timendo ↄsen
tiãt? Sic.n. supbia peruerse deũ imitat̃. Deum
nãqꝫ odit: cũ suis socijs non equalitatē sub illo
sed iponere vult socijs dñationem suã pꝛo illo.
Odit ergo iustã pacē dei: ⁊ amat iniquã paceꝫ
suam. Non enim amare tñ qualecũqꝫ pacem
nullo modo potest. Nullum quippe vitiũ ita cõ
tra naturam est: qꝫ vt nature deleat etiã extre
ma vestigia. Itaqꝫ pacem iniquoꝛũ in pacis cõ/
paratione iustoꝛũ: ille videt nec pacem eē dicē/
dam qui nouit pꝛeponere recta prauis: ⁊ oꝛdia/
ta peruersis. Quod aũt etiam est puersum: hoc
necesse est vt in aliqua ⁊ ex aliqua ⁊ cuꝫ aliqua
rerum parte pacatum sit: in quibus est vel ex q
bus cõstat. Alioquin nihil esset omnino. Velut
si quisquam capite deoꝛsum pendeat: puersus
est vtiqꝫ situs coꝛpoꝛis et oꝛdo membꝛoꝛũ: quia
id quod desup esse natura postulat: subtus ē: et
quod illa subter vult esse desuper factũ est. Cõ
turbabit carnis pacē ista peruersitas: ⁊ ideo est
molesta. Veruntamen anima coꝛpoꝛi suo paca
ta est: ⁊ pꝛo eius salute satagit: ⁊ ideo est qui do
leat. Que si molestijs eius exclusa discesserit:
quandiu manet compago membꝛoꝛum non est
sine quadam partium pace quod remanet. Et
ideo adhuc est qui pendeat: ⁊ quod terrenũ coꝛ
pus in terram nititur: ⁊ vinculo quo suspēsum
est renititur: in sue pacis oꝛdinem tendit: ⁊ locũ
quo requiescat quodãmodo ponderis voce po
scit: iamqꝫ exanime sine vllo sensu: a pace tamē
naturali sui oꝛdinis non recedit: vel cum tenet
eam: vel cum fertur ad eam. Si enim adhibeã/
tur medicamenta atqꝫ curatio: que foꝛmam ca
daueris dissolui dilabiqꝫ ñ sinat: adhuc pax que
dam partes partibus iungit: totamque molem
applicat terreno ⁊ conuenienti: ac per hoc loco
pacato. Si autem nulla adhibeatur cura cõdiē
di: sed naturali cursu relinquatur: tam diu qua
si tumulatur dissidentibus exaltatiõibus: ⁊ no/
stro inconuenientibus sensu: id eniꝫ est quod in
putoꝛe sentitur: donec mundi conueniat elemē
tis: ⁊ in eoꝛum pacem particulatim paulatimqꝫ
discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legi
bus summi illius creatoꝛis oꝛdiatoꝛisqꝫ subtra/
bitur: a quo pax vniuersitatis administratur.
Quia ⁊ si de cadauere maioꝛis animantis ani/
malia minuta nascantur: eadem lege creatoꝛis
queqꝫ coꝛpuscula i salutis pace suis animalib⁹
seruiunt. Et si moꝛtuoꝛum carnes ab alijs ani/
malibus deuoꝛētur: easdem leges per cuncta
diffusas ad salutem generis cuiusqꝫ moꝛtaliuꝫ
congrua congruis pacificantes: quaquauersũ
trahantur: et rebus quibuscunqꝫ iungantur: et
in res quaslibet ↄuertant̃: et ↄmutēt̃ iueniũt.

¶ De pace vniuersali: que inter quaslibet ꝑtur
bationes priuari nõ potest lege nature: diũ sub
iusto iudice ad id quisqꝫ peruenit oꝛdinatiõe: qꝫ
meruit voluntate. Capitum. xiij.

Pax itaqꝫ coꝛpoꝛis est oꝛdinata tēpera/
tura partium. Pax aĩe irrationalis: oꝛ
dinata requies appetitionũ. Pax aĩe rõ
nalis oꝛdinata cognitõis actiõisqꝫ ↄsēsio. Pax
coꝛpoꝛis ⁊ anime oꝛdinata vita ⁊ salus aĩantis.

Pax hoīs mortalis ē dī imortalis ordinata ī fi/
de sub eṫna lege obediētia: Pax hoīuz ordinata
ↄcordia. Pax dom⁹ ordinata iperādi atq̄ obe
diēdi cōcordia cohabitātiū. Pax ciuitatis ordi/
nata iperādi obediēdiq̄ ↄcordia ciuiū. Pax ce
lestis ciuitatis ordinatissima ⁊ ↄcordissima socie
tas fruēdi deo ⁊ iuicē vidēdi deū. Pax oīuz re/
rū tranq̄llitas ordinis. Ordo ē pariū dispariūq̄
rez̄ sua cuiq̄ loca distribuēs dispositio. Proin/
de miseri inq̄tū miseri vtiq̄ i pace nō sūt. Tran
qllitate q̄dē ordinis carēt: vbi ꝑturbatio nulla ē
Uerūtñ q: merito iusteq̄ miseri sūt: i ea quoq̄
ipsa sua miseria ꝑter ordinē esse nō possūt nō q̄/
dē ↄiūcti beatis: sed ab eis tñ ordinis lege seiun
cti. Qui cū sine ꝑturbatōe non sint: rebus q̄bus
sūt quātacūq̄ ↄgruētia coaptanṫ. Ac ꝑ hoc est
i eis ordinis nōnulla tranqllitas: iest ergo nōnul
la pax. Uez̄ ideo miseri sūt: q: ⁊ si i aliqua secu/
ritate nō dolēt: nō tñ ibi sūt vbi securi esse ac do
lere nō debeāt. Miseriores aūt si pax eis cum
ipsa lege nō est: qua nālis ordo administraṫ. Cū
aūt dolēt ex qua parte dolent pacis ꝑturbatio
facta est: nulla vero adhuc pax ē i qua nec do/
lor vrit: nec cōpago ipsa dissoluiṫ. Sicut ergo ē
q̄dā vita sine dolore: dolor aūt sine aliqua vita
esse nō pōt: sic ē q̄dā pax sine vllo bello: bellum
vero sine aliqua pace esse nō pōt: nō secūdū id
quod bellum est: sed secundum id quod ab eis
vel in eis geritur: que alique nature sunt: quod
nullo modo essent si non qualicūq̄ pace subsi/
sterent. Quapropter natura est in qua nullum
malum est: vel etiaz i qua nullum malū esse po/
test. Esse autez natura in qua nullum bonū sit
non potest. Proinde nec ipsius diaboli natura i
quātū natura ē malū est: sȝ ꝑuersitas eā malam
facit. Itaq̄ in veritate non stetit: sed veritatis
iudiciū non euasit. Quia in ordinis tranquillita
te non mansit: nec ideo tamē a potestate ordina
toris effugit. Bonū dei qđ illi est ī natura nō eū
subtrahit iusticie dei: qua ordinaṫ in pena: nec
ibi deus īseq̄ṫ bonū qđ creauit: sed malū qđ ille
cōmisit. Neq̄.n. totū aufert qđ nature dedit: sȝ
aliq̄d adimit: aliq̄d relinq̄t: vt sit q̄ doleat ꝙ adi/
mit: ⁊ ipse dolor testimoniū est boni adēpti ⁊ bo
ni relicti. Nisi.n. bonū relictū eēt: bonū amissū
dolere nō posset. Nā q̄ peccat peior ē si letaṫ i
dāno eq̄tatis. Qui vero cruciaṫ: si īde nihil bo/
ni acq̄rat: dolet damnū salutis. Et q̄m eq̄tas ac
salus vtrūq̄ bonū ē: boniq̄ amissione dolēdū ē
potius q̄ letādū: si tñ nō sit cōpēsatio melioris.

Melior est autem animi equitas q̄ corporis sa
nitas. Profecto conuenientius iniustus dolet i
supplicio q̄ letatus est in delicto. Sicut ergo le
titia deserti boni in peccato testis est voluntatis
male: ita dolor amissi boni in supplicio testis est
bone nature. Qui enim dolet amissam nature
sue pacez: ex aliquibus reliquiis pacis id dolet:
quibus fit vt natura sibi amica sit. Hoc autem
in extremo supplicio recte fit vt iniqui et impij
naturalium bonorum damna i cruciatibus de/
fleant sentientes eorum ablatorem iustissimuz
deum: quem contempserunt benignissimuz lar
gitorem. Deus ergo naturarum omnium sapi/
entissimus conditor et iustissimus ordinator:
qui terrenorum ornamentorum maximuz insti/
tuit mortale genus humanuz: dedit hominibus
quedam bona huic vite congrua: idest pacez tē/
poralem pro modulo mortalis vite: in ipsa salu
te ⁊ incolumitate ac societate sui generis: ⁊ que
huic paci vel tuende vel recuperande sunt ne/
cessaria: sicut ea que apte ac conuenienter ad/
iacent sensibus: lux ista visibilis: aure spirabiles
aque potabiles: et quicquid ad alendum vel te
gendum: curandum: ordinandumque corpus
congruit: eo pacto equissimo: vt quicunq̄ mor
talis bonis talibus paci mortalium accommo/
datis recte vsus fuerit: accipiat ampliora atque
meliora. ipsam scilicet immortalitatis pacem:
eique conuenientem gloriam et honorem in vi/
tam eternam: ad fruendum deo et proximo in
deo: Qui autem perperam: idest iniuste: nec il/
la accipiat et hec amittat.

¶ De ordine ac lege siue terrena siue celesti: ꝑ
quam societati humane etiam dominando con
sulitur et consulendo seruitur. Capitulum. xiiij.

OMnis igitur vsus rerum temporaliuz
refertur ad fructum terrene pacis in
ciuitate terrena: in celesti autem ciuita
te refertur ad fructum pacis eterne. Quapro/
pter si irrationabilia essemus animantia: nihil
appeteremus preter ordinatam temperaturā
partium corporis: et requiem appetitionis. Ni/
hil igitur preter quietem carnis et copiam vo/
luptatum: vt pars corporis prodesset paci ani/
me. Si enim desit pax corporis: impeditur
etiam rationalis pax anime quia requiem ap/
petitionum consequi non potest. Utrunque
autem simul eius paci prodest: quam inter
se habent anima et corpus: idest ordinate vi/
te ac salutis. Sicut enim pacem corporis

amare se ondũt aīantia cũ fugiũt dolorē: ⁊ pacē aīe cũ ꝓpter explēdas īdigētias appetitionē voluptatũ ꝯsequũtur: ita mortē fugiendo satis īdicāt quātũ diligāt pacē: qua sibi ꝯciliant̄ aīa ⁊ corpus. Sed qꝛ hoī rationalis aīa īest: totũ hoc q̄d habet cōmune cũ bestijs: subdit paci aīe rōnalis vt mēte aliqd ꝯtēplet̄: ⁊ secũdũ hoc aliqd agat vt sit ei ordinata cognitōis actionisq̄ꝫ ꝯsēsio: quā ī pacē rationalis aīe dixeramus. Ad hoc eīꝫ velle debet nec dolore molestari: nec desiderio ꝑturbari: nec morte dissolui: vt aliquid vtile cognoscat: ⁊ secũdũ eā cognitionē vitā moresq̄ꝫ cōponat. Sed ne ipo cognitōis studio ꝓpter humane mentis īfirmitatē ī pestē alicuius erroris incurrat: opus habet magisterio diuino cui certius obtēperet: ⁊ adiutorio vt liber obtēperet. Et qm̄ q̄ꝫdiu est ī corpore mortali isto: peregrinat̄ a dn̄o: ꝑ fidē ambulat nō ꝑ speciem: ac ꝑ hoc oēꝫ pacē vel corporis vel aīe: vel sil' corporis ⁊ aīe refert ad illā pacē: q̄ hoī mortali est cuꝫ deo īmortali: vt ei sit ordinata ī fide sub eterna lege obediētia. Jā vero qꝛ duo p̄cipua p̄cepta hoc est dilectionē dei ⁊ dilectionē ꝓximi docet magister deꝰ: ī qbuꝫ hō tria īuenit q̄ diligat deũ seipsũ: ⁊ ꝓximũ: atq̄ꝫ ille ī se diligēdo nō errat q̄ deũ diligit: ꝯsequēs est vt etiā ꝓximo ad diligēdũ deũ ꝯsulat: quē iubet̄ sicut seipsuꝫ diligere. Sic vxori: sic filijs: sic domesticis: sic ceteris hoībus qbus potuerit: ⁊ hoc sibi a ꝓximo si forte īdiget ꝯsuli velit. Ac ꝑ hoc pacatus erit quātũ ī ipso est oī hoī: pace hoīuꝫ. i. ordinata ꝯcordia: cuius ordo hic est. Primũ vt nulli noceat. Deinde etiam vt ꝓsit cui poterit. Primitus ergo īest ei suoꝝ cura: ad eos q̄ppe habet opportuniorē faciliorēq̄ꝫ aditũ ꝯsulendi vel ordine nature: vel ipsius societatis humane. Uñ ap̄lus ait. Quisq̄s aũt suis ⁊ maxime domesticis nō ꝓuidet: fidē denegat: ⁊ ē īfideli deterior. Hic itaq̄ꝫ etiaꝫ pax domestica orit̄. i. ordinata īperādi obediendiq̄ꝫ ꝯcordia cohabitātiũ. Jmperāt. n. q̄ ꝯsulũt: sicut vir vxori: parētes filijs: ⁊ dn̄i seruis. Obediũt aũt qbus ꝯsulit̄ sicut mulieres maritis: filij parētibus: serui dn̄is: sed ī domo iusti viuentis ex fide: ⁊ adhuc ab illa celesti ciuitate peregrinātis: etiam q̄ īperant seruiũt eis qbus īperare vident̄. Neq̄ꝫ eīꝫ dominādi cupiditate īperant sed officio consulendi: neque principandi superbia sed prouidendi misericordia.

¶ De libertate nāli ⁊ d̄ s̄uitute cuiꝰ p̄ma causa pctm̄ est: qꝛ hō male volũtatis etiā si nō ē mācipiũ alterius hoīs: s̄uus ē ꝓprie libidinis. Ca. xv.

Hoc nālis ordo p̄scribit. Jta deus hoīeꝫ ꝯdidit. Nā dn̄et̄ ingt pisciũ maris: ⁊ volatiliũ celi: ⁊ oīuꝫ repētiũ q̄ repũt super terrā. Rationalē fcm̄ ad imaginē suā noluit nisi irratōalibus dn̄ari: nō hoīeꝫ hoī: sꝫ hoīeꝫ pecori. Jnde primi iusti pastores pecoꝝ magis q̄ꝫ reges hoīuꝫ ꝯstituti sũt: vt deus etiaꝫ sic īsinuaret qd postulet ordo creaturaꝝ: ⁊ qd exigat meritũ pctōꝝ. Cōditio q̄ppe s̄uitutis iure ītelligit̄ īposita pctōri. Proinde nusq̄ꝫ scripturaꝝ legimꝰ s̄uũ: anteq̄ꝫ hoc vocabulo noe iustus pctm̄ filij vindicaret. Nomē itaq̄ꝫ istud culpa meruit: nō natura. Origo aũt vocabuli s̄uoꝝ ī latina līgua inde credit̄ ducta: q̄ hi q̄ iure belli possēt occidi a victoribus cũ s̄uabant̄ s̄ui fiebāt a s̄uādo appellati: q̄d ipꝫ etiā sine pcti merito nō ē: Nā ⁊ cũ iustum geritur bellum: pro peccato econtrario dimicatur: ⁊ omnis victoria cum malis etiam prouenit: diuino iudicio victos humiliat vel emendans peccata vel puniens. Testis est homo dei daniel cum in captiuitate positus peccata sua ⁊ peccata populi sui confitebatur deo: ⁊ hāc eē causam illius captiuitatis pio dolore testatur.

Prima ergo seruitutis causa peccatum est: vt homo homini conditionis vinculo subderetur: quod non fit nisi deo iudicante: apud quem nō est iniquitas: ⁊ nouit diuersas penas meritis distribuere delinquentium. Sicut autē dominuꝫ supernus dicit. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: ac per hoc multi quideꝫ religiosi dominis iniquis non tamen liberis seruiunt: a quo enim quis deuictus est: huic ⁊ seruus additus est. Et vtiq̄ꝫ felicius seruitur homini q̄ꝫ libidini: cũ seuissimo dominatu vastet corda mortaliuꝫ: vt alias omittam libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine: quo alijs alij subiecti sunt: sicut prodest humilitas seruiētibus: ita nocet superbia dominātibus. Nullus autem natura in qua deus prius hominem condidit: seruus est hominis aut peccati: Uerum et penalis seruitus ea lege ordinatur: qua natura leꝫ ordinem conseruari iubet: perturbari vetat Quia si contra eam legem factum non esset: nihil esset penali seruitute coercendum. Jdeoq̄ꝫ apostolus monet seruos subditos esse dominis suis: ⁊ ex animo eis cum bona voluntate seruire vt scilicet si non possunt a dominis liberi fieri: suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant non timore subdolo sed seruiēdo dilectōe

fideli: donec trāseat iniqtas ⁊ euacuet᷑ ois pri/
cipatus ⁊ potestas humana: ⁊ sit de⁹ oia in oib⁹.

¶ De equo iure dominandi. ¶ Capitulū. xvi.

Q Uocirca etiaȝ si habuerūt seruos iusti
patres nostri: sic quidē administrabāt
domesticam pacē: vt ſm hec tēporalia
bona filiorum sortem a seruoꝝ cōditione distin
guerent: ad deum aūt colēdū in quo eterna bo
na sperāda sunt: omnibus domus sue membris
pari dilectione cōsulerent. Quod naturalis or
do ita pscribit: vt nomē patrūfamilias hic exor
tum sit: ⁊ tam late vulgatū vt inique etiā dñan
tes hoc gaudeāt appellari. Qui autē vi patres
familias sūt: oibus in familia sua tanq̄ filijs ad
colendū ⁊ promerendū deum consulūt: deside
rantes atq̄ optantes venire ad celestē domū:
vbi necessariū nō sit imperādi officium mortali
bus: q2 nō necessarium erit officium consulēdi
iam in illa imortalitate felicib⁹. Quo donec ve
niatur: magis debent patres q̄ dñantur q̄ ser
ui tolerare q̄ seruiūt. Siquis aūt in domo per
inobedientiā domestice aduersatur paci: corri/
piatur verbo seu verbere: seu quolibet alio ge/
nere pene iusto atq̄ licito: quantuȝ societas hu
mana cōcedit: pro eius qui corripit᷑ vtilitate: vt
paci vnde dissilierat coaptet᷑. Sicut enim nō ē
beneficētie adiuuādo efficere vt bonū q̄d ma/
ius ē amittat᷑: ita nō ē innocētie parcēdo since/
re vt in malū graui⁹ incidat᷑. Pertinet ergo ad
innocētis officiū nō solum nemini malū inferre
verūetiam cohibere a peccato vel punire pec/
catum: ut aut ipse qui plectit᷑ corrigatur expe/
rimento: aut alij terreant᷑ exēplo. Quia igitur
ois domus initiū siue particula debet esse ciui/
tatis: omne aūt initiū ad aliquem sui generis fi
nem: ⁊ ois pars ad vniuersi cuius pars ē itegri
tatem refert᷑: satis apparet esse consequēs: vt
ad pacem ciuicā pax domestica referatur. i. or/
dinata imperādi obediēdiq̄ cōcordia cohabitā
tium: referatur ad ordinatā imperādi obedien
diq̄ concordiam ciuium. Ita fit: vt ex lege ciui
tatis precepta sumere patremfamilias oporte
at: quib⁹ suam domum sic regat: vt sit paci ac/
commodata ciuitatis.

¶ Unde celestis societas cuȝ terrena ciuitate
pacem habeat ⁊ vnde discordiā. Caplm. xvij.

S Ed domus hominū qui non viuunt ex
fide: paceȝ terrenā ex huius tēporalis
vite rebus cōmodisq̄ sectatur. Dom⁹
ergo hominū ex fide viuentiū expectat ea que
in futurū eterna promissa sunt: terrenisq̄ reb⁹
ac tēporalibus tanq̄ peregrina vtitur: nō qui/
bus capiatur ⁊ auertat᷑ quo tendit in deuȝ: sed
quibus sustētetur ad facilius tolerāda minime
q̄ agēda onera corporis corruptibil' q̄d aggra/
uat aiaȝ. Jccirco rex vite huic mortali necessa
riarū: vtrisq̄ hominibus fidelibus et infidelib⁹
⁊ vtriq̄ domui omnis ē vsus: sed finis vtendi
cuiq̄ suus ꝓprius: multūq̄ diuersus. Jta etiā
terrena ciuitas que nō viuit ex fide: terrenā pa
cem appetit: in eoq̄ defigit imperādi obediēdi
q̄ cōcordiā ciuiū: ut eis sit de rebus ad mortalē
vitā ptinētib⁹ humanaꝝ quedā cōpositio volū
tatum. Ciuitas aūt celestis vel potius pars ei⁹:
que in hac peregrinat᷑ mortalitate ⁊ viuit ex fi/
de: etiam ista pace necesse ē vtat᷑: donec ipa cui
talis pax necessaria mortalitas transeat. Ac ꝑ
hoc dum apud terrenā ciuitatē ueluti captiuā
vitam sue pegrinatiōis agit: iā promissiōe redē
ptiōis ⁊ spirituali dono tanq̄ pignore accepto:
legibus terrene ciuitatis: quibus hec āministrā
tur que sustētāde mortali vite accōmodata sūt
obtemperare nō dubitat. Ut quoniā cōmunis
est ipsa mortalitas: seruetur in reb⁹ ad eā perti
nētibus inter ciuitatem utrāq̄ cōcordia. Uerū
q2 terrena ciuitas habuit quosdā suos sapiētes
quos diuina iprobat disciplina: qui uel suspica/
ti uel decepti a demonib⁹: crederēt multos de
os cōciliandos esse rebus humanis: atq̄ eoruȝ
diuersa quodāmodo officia diuersa subdita ꝑ
tinere ad aliū corp⁹: ad aliū aium. Jnq̄ ipso cor
pore ad aliū caput ad aliuȝ ceruicē: ⁊ cetera sin
gula ad singulos. Similiter i animo ad aliū in
geniū: ad aliū doctrinā: ad alium irā: ad aliū cō
cupiscētiā: inque ipsis rebus vite adiacētibus:
ad alium pecus: ad aliū triticum: ad aliū vinuȝ:
ad alium oleum: ad aliū siluas: ad aliū nūmos:
ad aliū nauigatōeȝ: ad aliū bella atq̄ victorias
ad alium coniugia: ad aliū partū ac fecūditatē
⁊ ad alios alia cetera. Celestis aūt ciuitas vnuȝ
deum solū colendum nosset: eiq̄ tātūmodo ser
uiendum seruitute illa que grece latria dicitur
⁊ non nisi deo debetur: fideli pietate cēseret: fa
ctum est vt religionis leges cum eterna ciuita/
te non posset habere cōmunes: proq̄ his ab ea
dissentire haberet necesse atq̄ oneri esse diuer
sa sentiētibus: eorūq̄ iras ⁊ odia et persecutio/
num impetus sustinere: nisi cum animos aduer
santium aliquando terrore sue multitudinis: ⁊
semper diuino adiutorio ꝓpulsaret. Hec ergo

celestis ciuitas cũ peregrinatur in terra: ex omnibus gẽtibus ciues euocat: atqꝫ in omnib⁹ linguis peregrinã colligit societatẽ: non curãs q̃cquid in moribus legib⁹: institutisqꝫ diuersũ est: quib⁹ pax terrena vel cõquiritur vel tenet̃ nihil eorum rescindẽs nec destruens: imo etiã seruans ac sequens: quod lꝫ diuersum sit in diuersis nationibus: ad vnum tamen eundemqꝫ finẽ terrene pacis intenditur: si religionẽ q̃ vnus summus ⁊ verus deus colẽdus docet̃ nõ impedit. Utitur ergo etiã celestis ciuitas ĩ hac sua peregrinatiõe pace terrena: ⁊ de rebus ad mortalẽ hominis naturã pertinẽtibus humanarũ voluntatum cõpositionẽ quantũ salua pietate ac religione ɔceditur: tuetur atqꝫ appetit: eãqꝫ terrenam pacẽ refert ad celestẽ pacem: que vere ita pax ẽ: vt rationalis dũtaxat creature sola pax habẽda atqꝫ dicenda sit ordinatissima. s. atqꝫ cõcordissima societas fruẽdi deo: ⁊ inuicẽ in deo: quo cũ ventũ fuerit nõ erit vita mortalis: sꝫ plane certeqꝫ vitalis nec corpus aiale qđ dũ corrũpitur aggrauat aiam: sꝫ spũale sine vlla indigentia ex oĩ parte subditũ volũtati. Hãc pacẽ dũ peregrinatur in fide habet atqꝫ ex hac fide iuste viuit: cũ ad illã pacem adipiscendã refert quicq̃d bonarũ actionũ gerit erga deum ⁊ proximũ: quoniã vita ciuitatis vtiqꝫ socialis est.

¶ Quã diuersa sit academie noue ambiguitas a constantia fidei christiane. Caplm. xviij.

Quod aũt attinet ad illã differẽtiã quã de academicis nouis varro adhibuit: quib⁹ sũt incerta oĩa oĩo ciuitas dei talem dubitationẽ tanq̃ demẽtiã detestatur habens de rebus quas mẽte ac ratione cõprehendit: etiã si paruaꝫ ꝓpter corpus corruptibile qđ aggrauat aiam: q̃m sicut dicit apl's ex parte scimus: tñ certissimam sciam: creditqꝫ sensibus in rei cuiusqꝫ euidẽtia quibus ꝑ corpus anim⁹ vtitur: quoniaꝫ miserabilius fallit̃ quinũq̃ eis putat esse credendũ: credit etiã sanctis scripturis ⁊ veterib⁹ ⁊ nouis quas canonicas appellam⁹: vnde fides ipsa cõcepta est: ex qua iust⁹ viuit: ꝑ quã sine dubitatione ambulam⁹ quãdiu peregrinamur a dño: qua salua atqꝫ certa de q̃busdam rebus quas neqꝫ sensu neqꝫ ratione ꝑcipimus: neqꝫ nobis ꝑ scripturam canonicã claruerunt: nec per testes quibus non credere absurdum est in nostram noticiam peruenerunt: sine iusta reprehensione dubitamus.

¶ De habitu ⁊ moribus ppl'i xpiani. Cap. xix.

Nihil sane ad istam ꝑtinet ciuitatẽ: quo habitu vel more viuendi si nõ est cõtra diuina p̃cepta: istam fideꝫ qua ꝑueniť ad deũ quisqꝫ sectetur: vñ ipsos quoqꝫ phos q̃n fiunt christiani: nõ habitũ vel consuetudinẽ victus que nihil ĩpedit religionẽ: sꝫ falsa dogmata ꝑmutare compellit. Uñ illam quã varro adhibuit ex cynicis differẽtiam: si nihil turpiter atqꝫ intẽperanter: agat oĩo nõ curat. Ex trib⁹ vero vite illi⁹ generib⁹: ocioso: actuoso: ⁊ ex vtroqꝫ cõposito: quãuis salua fidẽ quisqꝫ possit ĩ quolibet vitam eoꝝ ducere: ⁊ ad sempiterna p̃mia ꝑuenire: interest tñ quid amore teneat veritatis quid officio caritatis impẽdat. Nec sic q̃sqꝫ debet esse ociosus: vt in eodẽ ocio vtilitatẽ nõ cogitet proximi: nec sic actuosus: vt ɔtẽplationeꝫ nõ requirat dei. In ocio nõ iners vacatio delectare d̃bet: sꝫ aut inq̃sitio aut inuẽtio veritatis: vt in ea quisqꝫ ꝓficiat ⁊ qđ inuenerit teneat et alteri nõ inuideat. In actione vero nõ amãdus ẽ honor in hac vita: siue potẽtia: quoniã omnia vana sub sole: sꝫ opus ipsum qđ per eũdem honorem vel potentiã fit: si recte atqꝫ vtiliter fit: .i. vt ad eã saluteꝫ valeat subditoꝝ q̃ ꝫm deũ ẽ: vñ iã supius disputauimus. Propť qđ ait apl's Epatũ qui d̃siderat bonũ op⁹ desiderat. Exponere voluit quid sit epatus: quia nomẽ est operis non honoris. Grecũ est enim atqꝫ iñ ductuꝫ vocabulum: qđ ille qui preficitur superintẽdit curã. s. eorum gerens. Epi q̃ppe sup: scopos vero itẽtio est. Ergo episcopin grece latine supintendere possumus dicere: vt itelligat nõ se episcopuꝫ: qui preesse dilexerit non prodesse. Itaqꝫ a studio cognoscende veritatis nemo ꝓhibetur: quod ad laudabile ꝑtinet ociuꝫ. Locus vero superior sine quo populus regi non potest: ⁊ si ita teneatur atqꝫ amministretur vt decet: tamen indecenter appetitur. Quamobrẽ ocium sanctum querit caritas veritatis: negocium iustum suscipit necessitas caritatis. Quam sarcinam si nullus imponit: percipiende atqꝫ intuende vacandum est veritati. Si auteꝫ imponitur suscipienda est propter caritatis necessitatem. Sꝫ nec sic omnimodo veritatis delectatio deserenda est: ne subtrahatur illa suauitas et opprimat ista necessitas.

¶ Quod ciues sanctorum in huius vite tempore spe beati sint. Capitulum. xx.

Quamobrem summum bonum ciuitatis dei cum pax sit eterna atque perfe

cta non per quam mortales transeāt nascendo
atq₃ moriendo: sed in quo imortales maneant
nihil aduersi omnimodo patiēdo quis est qui il/
laz vitam vel beatissimā neget: vel i eius ↄpa/
ratiōe istā q̄ hic agit̄ q̄tislibet aī ꝛ corporis ex/
t̄narūq₃ rez bōis plena sit: nō miserimā iudicet?
Quā tn̄ ꝗcūq₃ sic hz: vt eius vsuz referat ad illi
us finē quē diligit ardētissime ac fidelissime spe
rat: nō absurde dici etiam nūc btūs pōt: spe illa
poti⁹ q̄₃ re ista. Res vero ista sine spe illa: btitu
do falsa ꝛ magna miseria ē. Nō.n. veris aī bo/
nis vtit̄: qm̄ nō ē sapia vera: q̄ itētionē suā i his
q̄ prudēter discernit: gerit fortit̄: cohibet tēpe/
rāt̄: iusteq₃ distribuit n̄ i illū finez dirigit: vbi d̄s
erit oia i oībus et̄nitate certa atq₃ pace pfecta.

¶ An ſm diffinitiōes scipionis que in dialogo ciceronis sūt: vnq₃ fuerit romana resp. Ca. xxi.

Quapropt̄ nūc ē loc⁹ vt q̄₃ potero bre/
uiter ac dilucide expediaz: qd̄ i secūdo
libro hui⁹ opis me demōstratuꝝ eē p̄/
misi: sʒ diffinitiōes qb⁹ apd̄ ciceronē vtit̄ scipio
i libris d̄ republica: nūq₃ rēpublicā fuisse roma
nā. Breuit̄ eiz rēpu. dffinit eē rē ppl'i. Que dif/
finitio si vera est: nunq₃ fuit romana respub. q₂
nunq₃ fuit res ppl'i quā diffinitionez voluit esse
reipu. Populū eniz eē diffinit cetū multitudīs
iuris ↄsēsu ꝛ vtilitatis ↄmunione sociatū. Quid
aūt dicūt iuris ↄsensuz: disputādo explicat: p h̄
ondens geri sine iustitia rempublicā non posse.
Ubi ergo iustitia vera nō ē: nec ius potest esse
Qd̄.n. iure fit pfecto iuste fit. Qd̄ aūt fit iiuste
nec iure fieri pōt. Nō.n. iura dicēda sūt vl' pu/
tāda iniq̄ hoīuz ↄstituta: cū illud etiā ipsi ius esse
dicāt: qd̄ de iustitie fonte manauerit: falsūq₃ eē
qd̄ a qbusdā n̄ recte sētiētib⁹ dici solet: id eē ius
qd̄ ei q plus pōt vtile ē. Quocirca vbi n̄ ē vera
iustitia: iuris ↄsēsu sociat⁹ cetus hoīuz n̄ pōt eē:
ꝛ ideo nec ppl's iuxta illā scipiōis diffinitionem
vel ciceronis. Et si n̄ ppl's nec res ppl'i: sʒ q̄liscū
q₃ multitudīs q̄ ppl'i noīe digna nō est: ac p h̄ si
respublica res ē ppl'i: ꝛ ppl's n̄ ē q ↄsēsu n̄ socia/
tus ē iuris: n̄ ē aūt ius vbi nulla ē iustitia: pcul/
dubio colligit̄: vbi iustitia n̄ ē nō eē rēpub. Ju/
stitia porro ea vt⁹ ē: q̄ sua cuiq₃ distribuit. Que
igit̄ iustitia ē hoīs: q̄ ipsū hoīez deo vero tollit: ꝛ
imūdis demonib⁹ subdit? Hoc nō est cuiq₃ sua
distribuere. An q fūduz aufert ei⁹ a quo empt⁹
ē: ꝛ tradit ei q nihil hz i eo iuris: iniust⁹ est: ꝛ q se
ipsum aufert domibanti deo a quo factus est:
ꝛ malignis seruit spiritib⁹ iustus ē? Disputatur
certe acerrime ac fortissime i eisdē ipsis de re/
pub. libris aduersus iniustitiā p iustitia. Et qm̄
cū p̄us ageret̄ p iiustitie partib⁹ ↄ iustitiā ꝛ dicē
tur nisi p iiustitiā rēpubli. stare augeriq₃ n̄ pos/
se: hoc velut validissimū positū erat: iiustū eē vt
hoīes hoīb⁹ dn̄antib⁹ seruiāt: quā tn̄ iniusticiaz
nisi sequat̄ imperiosa ciuitas cui⁹ ē magna respu/
blica: nō eā posse pnicijs iperare. Rn̄sū ē a par
te iustitie iō iustū eē q̄ talib⁹ hoībus sit vtil' ser/
uitus: ꝛ p vtilitate eoꝝ fieri cū aliq̄d recte fit. i.
cū improbis auferet̄ iniuriaꝝ licētia: ꝛ domiti se
meli⁹ hēbūt q̄₃ idomiti se habuerūt. Subditūq₃
ē vt ista rō firmaret̄: veluti a natura sūptū no/
bile exēplū atq₃ dictuz ē. Cur igit̄ de⁹ hoī: aīus
corpori iperat: rō libidini ceterisq₃ vitiosis ani/
mi partib⁹? Plane hoc exēplo satis edoctū est:
quibusdam esse vtilem seruitutem: ꝛ deo qui/
dem vt seruiatur vtile esse hominibus. Serui/
ens autem deo animus recte corpori imperat:
inq₃ ipso animo ratio domino d̄o subdita recte
imperat libidini ceterisq₃ vitijs. Quapropter
vbi homo deo non seruit: quid in eo putanduz
est esse iustitie: quando quidem deo non serui/
ens nullo modo potest iuste anim⁹ corpori: aut
humana ratio vitijs imperare? Et si in homine
tali non est vlla iustitia proculdubio nec in ho/
minum cetu: qui ex talibus constat hominib⁹.
Non est ergo hic iuris ille consensus: qui homi
num multitudinem populuz facit: cuius res di
citur esse respublica. Nam de vtilitate quid di
cam: cuius communionem etiam sociatus ho/
minum cetus: sicut sese habet ista diffinitio po/
pulus nuncupatur? Quanuis eni si diligenter
attendas: nec vtilitas sit vlla viuentiuz qui im
pie viuunt: sicut viuit omnis qui deo non ser/
uit seruitq₃ demonibus: tanto magis impijs q̄₃
to magis sibi cum sint immundissimi spiritus tā
quam dijs sacrificari volunt. Tamen quod de
iuris cōsensu diximus satis esse arbitror: vnde
appareat per hanc diffinitionez non esse popu
lum cuius respublica esse dicatur in quo iusti/
tia nō ē. Si eni dicunt non immūdis spiritibus
sed dijs bonis atq₃ sanctis i sua repub. seruisse
romanos nūq̄d eadē totiēs repetēda sūt: q̄ iaz
satis imo vltra q̄₃ satis ē dixim⁹? Quis eniz ad
hūc locū p superiores huius operis libros per/
uenit: q dubitare possit mal' et ipuris d̄monib⁹
fuisse romanos: nisi vl' nimiū stolidus vl' ipudē
tissime ↄtentiosus? Sʒ vt taceā q̄les sūt quos
sacrificijs colebāt: i lege dei veri scriptum est.

Sacrificās diis eradicabitur nisi dño tm̄. Nec bonis igitur nec malis diis sacrificari voluit: q̄ hec cum tanta cōminatione precepit.

¶ An verus sit deus cui christiani seruiūt: cui soli debeat sacrificari. Capitulum. xxij.

Sed respōderi pōt. Quis iste de⁹ ē: aut vnde dign⁹ p̄baꝛ cui deberent obtē perare romani: vt nullū deoꝝ colerēt sacrificijs preť ipz? Magne cecitatis ē adhuc q̄rere: qs iste deus sit. Ipse ē deus cui⁹ p̄phete predixerūt ista q̄ cernim⁹. Ipse est ds a quo respōsuz accepit abraā: i semine tuo oēs bñdicentur gētes. Qd in xp̄o fieri q̄ s̄m carnē de illo semine exort⁹ est. i. ipsi q remāserūt hui⁹ nōis inimici velit nolitue cognoscūt. Ipse ē de⁹ cuius diuin⁹ sp̄us p eos locut⁹ est: quoꝝ predicta atq̄ ꝯpleta p eccl'iaz quā videm⁹ toto orbe diffusā i libris supiorib⁹ posui. Ipse ē ds quē varro doctissim⁹ rōanoꝝ iouē putat: q̄uis nesciēs qd loquaꝛ. Qd tñ ideo ꝯmemorandū putaui: qm̄ vir tāte sciētie nec illū istū deū potuit existiare nec vilez. Hūc eni eū credit: quē sūmū putauit deum. Postremo ipse ē ds quē doctissimus philosophoꝝ quanuis christianorum acerrimus inimicus etiā p eoꝝ oracula quos deos putat: deum magnū porphyrius confitetur.

¶ Que porphyrius dicat oraculis deorum responsa in christo. Capitulum. xxiij.

Nam i libris quos theologiō philosophias appellat: i q̄bus exeq̄tur atq̄ ꝯscribiꝛ reꝝ ad philosophiā p̄tinētiuz velut diuina rn̄sa: vt ipsa verba eius queadmodū ex greca ligua i latinā int̄pretata sūt ponā. Interrogāti inq̄t quē deū placando reuocare posset vxorē suā a xp̄ianissimo: hec ait versib⁹ apollo Deide verba velut apollinis ista sūt. Forte magis poteris i aq̄ ipressis lr̄is scribere: aut iflans pēnas leues p aera vt auis volare: q̄ semel pollute reuoces ipse vxoris sensū: pgat quomodo vult inanib⁹ fallacijs pseuerās: ⁊ lamētatiōib⁹ fallacissimis mortuum deum contra quem iudicib⁹ recta sētiētib⁹ pditu3 pessima i speciosis ferro victa mors iterfecit. Deide post hos v̄sus apollinis q nō stāte metro latine int̄pretati sūt subiūxit atq̄ ait. In his q̄de3 tergiuersationem irremediabil' snie eoꝝ manifestauit dicēs. Qm̄ iudei suscipiūt deū magis q̄ isti. Ecce vti decolorās christū iudeos preposuit christianis: confitens q̄ iudei suscipiant deum. Sic. n. exposuit versus apollinis: vbi a iudicib⁹ recta sentiētib⁹ christū dic̄ occisū: tāq̄ illis iuste iudicātib⁹: merito sit ille punit⁹. Viderit qd de xp̄o vates mēdax apollinis dixerit: atq̄ iste crediderit aut fortasse vatē qd nō dixit dixisse iste ipse ꝯfinxerit: quā sibi ꝯstet vl' ipsa oracula inť se faciat ꝯueniře: postea videbim⁹. Hic tñ iudeos tanq̄ dei susceptores recte iudicasse dic̄ de xp̄o: q̄ eū morte pessima excruciādū eē cēsuerit. D e⁹ itaq̄ b⁹ iudeoꝝ cui p̄hibet testimonium: audiēdus fuit sic dicēs. Sacrificās diis eradicabiť nisi dño tm̄. Sȝ ad manifestiora vēiam⁹: ⁊ audiam⁹ q̄ magnū deū dicat eē iudeoꝝ. Itē ad ea q̄ iterrogauit apollinez qd meli⁹: verbū: siue rō: an lex? Rn̄dit inq̄t versib⁹ hec dicēs. Ac subiecit apollinis versus: i qb⁹ ⁊ isti sūt: vt q̄tū satis ē ide decerpā. In deū veꝛ inq̄t gn̄atorē: ⁊ i regē añ oia quē tremet celū ⁊ t̄ra atq̄ mare: ⁊ ifernoꝝ abdita: ⁊ ipsa numia p̄horrescūt. Quoꝛ lex ē paťquē valde sci honorāt hebrei. Tali oraculo dei sui apollis porphyri⁹ tā magnū deū eē hebreorū dixit vt deum ⁊ ipsa numina perhorrescunt. Cū ergo ds iste dixerit: sacrificās diis eradicabiť: miroꝛ qd ip̄e porphyri⁹ ñ p̄horruerit ⁊ sacrificās diis eradicari ñ formidauerit. Dic̄ ēt bona de xp̄o ph̄us iste: q̄si oblit⁹ illi⁹ de q̄ paulo āte locuti sum⁹ ꝯtumelie sue: aut q̄si i sōnis dij ei⁹ maledixerit xp̄o: ⁊ euigilātes eū bonū eē cognouerit: digneq̄ laudauerit. Deniq̄ tanq̄ aliqd mirabile atq̄ icredibile p̄latur⁹: preť opinionē iq̄t p̄fecto q̄busdā videaꝛ eē qd dicturi sum⁹. xp̄m ei3 dii piissimū p̄nūciauerūt: ⁊ imortalē fcm̄: ⁊ cū bona p̄dicatiōe ei⁹ meminerūt. Christianos aūt pollutos inq̄t ⁊ ꝯtaminatos ⁊ errore iplicatos eē dn̄t: ⁊ multis talib⁹ aduersus eos blasfemijs vtuntꝛ. Deide subijcit velut deoꝝ oracula blassfemātiū christianos. Et post hec de xp̄o āt inq̄t int̄rogātib⁹ si ē deus ait hecate. Qm̄ q̄de3 imortalis aia post corpus vt icedit nosti: a sapia aūt abscisa erat semp viri pietate prestātissimi est illa aia: hanc colūt alieni a veritate. Deinde post verba ei⁹ quasi oraculi sui ipse ꝯtexēs. Piissimū igiť viꝛ inq̄t eū dixit: ⁊ ei⁹ aia3 sicut ⁊ aliorū pioꝝ post obitū imortalitati donatā: ⁊ hāc xp̄ianos colere errātes. Interrogātib⁹ aūt iq̄t. Cur ergo dānat⁹ est? oraculo rn̄dit dea corpus q̄dē debilitātib⁹ tormētis semp oppositū ē. aia aūt pioꝝ celesti sedi insidet. Illa vero aia alijs aiab⁹ fataliť dedit: q̄bus fata nō ānuerunt deoruz obtinere dona: neq̄ h̄re iouis imortal' agnitione3 errore iplicari. Propťea ergo dijs exosi

qꝛ qbus fato nō fuit nosse deū nec dona a dijs accipere: his fatalit̄ dedit iste īplicari errorem Ipse vero piꝰ ⁊ i celū sicut pij icessit. Itaqꝫ hūc quidē nō blaphemabis: miraberis aūt demen‑tiā hoīuꝫ: ex eo i eis facile ꝓcepsqꝫ piculū. Quis ita stultus ē vt nō itelligat aut ab hoīe callido eoqꝫ xp̄ianis inimicissimo hec oracula fuisse cō‑ficta: aut ꝯsilio sīli ab īpuris demonibꝰ ita fuis‑se rn̄sa: vt. s. qm̄ laudāt xp̄m ꝓpterea credātur veraciter vitupare xp̄ianos atqꝫ ita si possint itercludāt viā salutis eterne i qua qsqꝫ fit xp̄ia‑nus? Sue qppe nocēdi astutie milleformi senti‑unt nō esse ꝯtrariū: si credat̄ eis laudātibꝰ xp̄m dū tn̄ credat̄ etiā vitupantibꝰ xp̄ianos: vt eū q vtrūqꝫ crediderit talē xp̄i faciant laudatorē: ne xp̄ianus eē velit. Ac sic qꝫuis ab illo laudatus ab istoꝝ tn̄ demonū dn̄atu eū nō libet xp̄s: pre‑serti qꝛ ita laudāt xp̄m: vt quisqs in eū talē cre‑diderit qualis ab ipsis ꝓdicat̄: xp̄ianus verꝰ nō sit. Sꝫ fotinianus hereticꝰ qui tm̄mō hoīem nō etiā deū nouerit xp̄m: ⁊ iō ꝑ eū saluus eē n̄ pos‑sit: nec istoꝝ mēdaci loquoꝝ demonū laqueos vitare vel soluere. Nos aūt neqꝫ apollinē vitu‑perantē xp̄m: neqꝫ hecatē possumꝰ approbare laudātē. Ille aūt tanqꝫ iniquū xp̄m vult credi: qm̄ a iudicibꝰ recta sentiētibꝰ dicit esse occisuꝫ: ista hoīem pijssimū: sꝫ hoīem tm̄. Una ē tn̄ ⁊ illiꝰ ⁊ huiꝰ intētio: vt nolint hoīes esse xp̄ianos qꝛ ni‑si xp̄iani erūt ab eoꝝ erui ptāte n̄ poterūt. Iste vero ph̄s vl' potiꝰ qui talibꝰ aduersus xp̄ianos quasi oraculis credūt: ꝓus faciāt si pn̄t: vt inter se de ipso xp̄o hecate atqꝫ apollo cōcordēt: eūqꝫ ambo vitupent aut ābo collaudēt. Qd̄ si fa‑cere potuissēt nihilominus nos ⁊ vitupatores ⁊ laudatores xp̄i fallaces demones vitaremus. Cū vero eorū deus ⁊ dea inter se de christo ille vitupando: ista laudādo dissentiāt: ꝑfecto eis blasphemātibꝰ xp̄ianos nō credunt hoīes: si re‑cte ipsi sentiāt: sane xp̄m laudās vel porphyriꝰ vel hecate: cū dicāt eū ipsum fataliter dedisse christianis vt iplicarent̄ errore: cās tn̄ eiusdē si‑cut putat pādit erroris: quas anteqꝫ ex verbis eiꝰ exponā ꝓus quero si fataliter dedit christus christianis erroris īplicationē. Utrꝫ volens aut nolēs dederit. Si volens quō iustꝰ? Si nolens: quō btūs? Sꝫ iā ipsius erroris cās audiamus. Sūt ingt spūs terreni minimi loco terreno quo‑dā: maloꝝ demonū ptāti subiecti: ab his sapiē‑tes hebreoꝝ quorū vnꝰ ēt iste iesus fuit: sic au‑distis dīna apollinis oracula q̄ supius dicta sūt ab his ergo hebrei demonibꝰ pessimis ⁊ minori‑bus spiritibꝰ vetabāt religiosos: ⁊ ipsis vacare ꝓhibebāt: venerari autē magis celestes deos: ampliꝰ aūt venerari deū p̄rem. Hec aūt inquit ⁊ dij ꝓcipiūt: ⁊ in supioribꝰ ostēdimus quēadmo‑dū aīaduertere ad deū monēt ⁊ illū impāt colē vbiqꝫ. Uerū idocti ⁊ īpie nature: qbꝰ vere fatū nō ꝯcessit a dijs dōa obtinē: neqꝫ hr̄e iouis imorta‑lis notionē: nō audiētes ⁊ dos ⁊ diuinos viros: deos qdē oēs recusauerūt: ꝓhibitos aūt demo‑nes nō solū nullis odijs īseq: sꝫ ēt reuereri dele‑gerūt. Deū aūt simulātes se colē ea sola ꝑ q̄ ds adorat̄ nō agūt. Nā ds qdē vtpote oīum p̄r nul‑liꝰ idiget: sꝫ nobis ē bn̄ cū eū ꝑ iustitiā ⁊ castitatē aliasqꝫ adoramꝰ vtutes: ipsā vitā ꝓcē ad ipsum faciētes ꝑ imitationē ⁊ inqsitionē de ipso. Inqsi‑tio. n. purgat ingt: imitatio deificat affectioneꝫ ad ipsū opando. Bn̄ qdē ꝓdicauit deū p̄rē ⁊ q‑bꝰ moribꝰ sit colēdꝰ dixit. Quibꝰ ꝓceptis ꝓphe‑tici libri pleni s̄t hebreoꝝ: qn̄ scōꝝ vita siue libat̄ siue vitupat̄. Sꝫ i xp̄ianis tm̄ erat: aut tm̄ calū‑niat̄: qꝫtū volūt demones: qs deos opinat̄: q̄si cuiqꝫ difficile sit recolē q̄ turpia: q̄ dedecora er‑ga deoꝝ obsequū i theatris agebāt̄ ⁊ tēpl' ⁊ attē‑dē q̄ legant̄: dicāt̄: audiāt̄ i ecclesijs: vl' deo vo‑qd offerat̄: ⁊ hic itelligē vbi edificiū ⁊ vbi ruina sit moꝝ. Quis āt dixit huic vl' ispirauit: nisi dia‑bolicꝰ spūs tā vanū aptūqꝫ mēdaciū: ꝙ demo‑nes ab hebreis coli ꝓhibitos reuereāt̄ potiꝰ qꝫ oderint xp̄iani? Sꝫ deꝰ ille quē coluerūt sapiē‑tes hebreoꝝ ēt celestibꝰ scīs angelis ⁊ virtutibꝰ dei quos btīssimos tanqꝫ ciues i hac nr̄a pegri‑natōe mortali veneramur ⁊ amamꝰ: sacrificari vetat itonās in lege sua quā dedit ppl'o suo he‑breo: ⁊ valde mīaciter itulit dicēs. Sacrificās dijs eradicabit̄. Et ne qsqꝫ putaret demonibꝰ pessimis terrenisqꝫ spiritibꝰ: quos iste dicit mi‑mos vl' miores: ne sacrificet̄ eē preceptū: qꝛ ⁊ i scripturis scīs ipsi dicti sunt dij: nō hebreoꝝ sed gētiū: qd̄ euidēter in psalmo septuagesimo int̄‑pretes posuerūt dicētes. Qm̄ oēs dij gentium demonia: ne quis ergo putaret istis quidē dmo‑nibus ꝓhibitū esse: celestibus aūt vel omnibus vel aliqbus sacrificari esse ꝑmissum: mox addi‑dit: nisi dn̄o soli: idest nisi domino tantuꝫ: ne for‑te ꝙ ait dn̄o soli: deū solem credat eē quispiam cui sacrificandū putat. Quod nō ita esse intelli‑gendū in scripturis grecis facillime repit̄. Deꝰ igit̄ hebreorum cui tā magnum tātus etiaꝫ iste ph̄s ꝑhibet testimoniū: legē dedit suo popl'o be

breo: hebreo sermone cōscriptam: nō obscuraꝫ ⁊ incognitam: sꝫ omnibus iam gētibus diffamatā in qua lege scriptū ē. Sacrificās diis eradicabit̄: nisi dn̄o tantū. Quid opus ē in hac eiꝰ lege eiusqꝫ ꝓphetis de hac re multa ꝑquirere: imo nō ꝑquirere? Nō. n. obstrusa vel rara sūt: sꝫ aperta ⁊ crebra colligere: et in hac disputatiōe mea ponere quibꝰ luce clarius apparet: nulli oīo nisi tm̄ sibi deū veꝝ ⁊ sūmū sacrificari voluisse. Ecce hoc vnū breuiter imo grāditer: minaciter: sꝫ veraciter dictū ab illo deo quē tā excellētes eoꝝ doctissimi predicāt: audiat̄: timeat̄: impleat̄ ne inobediētes eradicatio cōseqt̄. Sacrificās diis eradicabit̄ inquit: nisi dn̄o tm̄. Nō quo rei egeat alicuius: sed qꝛ nobis expedit vt res eiꝰ simus. Huic. n. canit̄ in sacris litteris hebreoꝝ. Dixi dn̄o ds̄ meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ non eges. Huius aūt preclarissimū atqꝫ optimū sacrificiū nosipsi sumus. Hec ē ciuitas eius: cuiꝰ rei mysteriū celebramꝰ oblationibꝰ nr̄is: q̄ fidelibꝰ note sunt: sicut in libris precedētibꝰ disputauimꝰ. Cessaturas. n. victimas quas ī vmbra futuri offerebant iudei: ⁊ vnū sacrificiū gētes a solis ortu vsqꝫ ad occasū sicut iā fieri cernimꝰ oblaturas ꝑ ꝓphetas hebreos oracula īcrepuerūt diuina. Ex quibꝰ quātū satis visū ē nōnulla ꝓtulimꝰ: ⁊ iaꝫ huic opi asꝑsimus. Quapropter vbi nō ē ista iustitia: vt sm̄ suā grāꝫ ciuitati obediēti deus īperet vnus ⁊ summꝰ: ne cuiqꝫ sacrificet̄ nisi sibi tm̄: ⁊ ꝑ hoc ī oībus hoībus ad eandē ꝑtinētibus ciuitatē atqꝫ deo obediētibꝰ: animus ēt corꝑi: atqꝫ vitiis ratio ordine legitimo īperet fideliter: vt quēadmodū iustus vnus: ita cetus pplsqꝫ iustoꝝ viuat ex fide q̄ operat̄ ꝑ dilectionē: qua hō diligit deū sicut diligēdus ē deus: ⁊ ꝓximū sicut seipm̄. Ubi ergo nō ē ista iustitia: ꝑfecto nō ē cetꝰ hoīum iuris cōsensu ⁊ vtilitatis cōmunione sociatus. Qd̄ si nō ē vtiqꝫ populus nō ē: si vera ē hec ppli diffinitio: ergo nec resp. est: qꝛ res ppli nō ē: vbi ipse populus non est.

¶ Qua diffinitione constet populi ⁊ reipublice nuncupationeꝫ recte sibi nō solum romanos sꝫ etiā regna alia vēdicare. Cap. xxiiii.

Si aūt ppls nō isto sed alio diffiniatur mō: velut si dicat̄ populus est cetꝰ multitudinis rōnalis: reꝝ quas diligit concordi ꝯmunione sociatus ꝑfecto vt videat̄ q̄lis quisqꝫ populus sit ista sunt intuenda que diligit. Quecūqꝫ tm̄ diligat si cetus est multitudinis non pecorū sed rationalium creaturarū: ⁊ eorum que diligit communione concordi sociatus est: non absurde populus nuncupatur: tanto vtiqꝫ melior: quanto in melioribus tantoqꝫ deterior quāto est in deterioribꝰ concors. Secundum istaꝫ diffinitionem nostram romanus populus populus est: ⁊ res eius sine dubitatione respu. Quid autem primis temporibus suis quidue sequentibus populus ille dilexerit ⁊ quibus moribus ad cruentissimas seditiones: atqꝫ inde ad socialia atqꝫ ciuilia bella perueniens ipsam concordiam que salus est quodammodo populi ruperit: atqꝫ corruperit testatur historia de qua in precedentibꝰ libris multa posuimus. Nec ideo tamen vel ipsum non esse populum: vel eius rem dixerim nō esse rempublicam quandiu manet qualiscunqꝫ mulititudinis rationalis cetus rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod auteꝫ de isto populo ⁊ de ista republica dixi: hoc de atheniensium vel quoruncunqꝫ grecorum vel egyptioꝝ hoc de illa priore babylone assyriorum: quādo ī rebꝰ suis publicis impia vel parua vel magna tenuerunt: et de alia quacunqꝫ aliarum gentium intelligar dixisse atque sensisse. Generaliter quippe ciuitas īpioꝝ cui nō īpat ds̄ obediēti sibi: vt sacrificiū non offerat: nisi tantummodo sibi: ⁊ per hoc ī illa ⁊ animꝰ corpori ratioque vitiis recte ac fideliter īpet: caret iustitie veritate.

¶ Quod non possint ibi vere esse virtutes: vbi non est vera religio. Capitulum. xxv.

Quanlibet enim videatur animus corpori: ⁊ ratio vitiis laudabiliter imperare si deo animus ⁊ ratio ipsa non seruit sicut sibi seruiendum esse ipse deus p̄cepit nullo modo corpori vitiisqꝫ recte imperat. Nam qualis corporis atqꝫ vitioꝝ potest esse mens domina: dei veri nescia: nec eius imperio subiugata: sed vitiosissimis demonibus corrumpentibus prostituta? Proinde virtutes quas sibi habere videtur per quas imperat corpori ⁊ vitiis ad quodlibet adipiscēdū. vel tenēdū retulerit nisi ad deū etiā ipsa vitia sūt potiꝰ q̄ virtutes: nā licet a quibusdā tūc vere ⁊ honeste putent̄ eē virtutes cū ad seipsas referunt̄: nec ꝓpter aliud expetūtur: tūc etiam inflate atqꝫ suꝑbe sunt: ⁊ ideo non virtutes sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim non est a carne sed super carnem quod carnem facit viuere sic non est ab homine sed super hominem quod hominem facit beate viuere: nec solū hominem sed etiam quālibet po-

testatem virtutemq̄ celestem.

¶ De pace ppl'i alieni a deo q̄ vtit̄ ad pietatē ppl's dei dū in hoc pegrin⁹ ē mūdo. Cap. xxvi.

QUocirca vt vita carnis aīa ē: ita beata vita hoīs deus ē de quo dicunt sacre lr̄e hebreoꝝ. Beatus ppl's cuius ē dominus deus ipsius. Miser igitur ppl's ab isto alienatus ē deo. Diligit tn̄ etiaȝ ipse quandā pacē suaȝ nō iprobādaȝ. quā qdē nō habebit i fine q̄ non ea bn̄ vtit̄ ante fineȝ. Hāc aūt vt interiȝ habeat in hac vita nostra etiā iterest: qm̄ q̄diu pmixte sunt ambe ciuitates: vtimur et nos pace babylonis: ex qua ita p fideȝ dei ppl's liberatur: vt apud hanc interiȝ peregrinet̄. Propter qđ ꝛ apostolus āmonuit ecclesiā vt oraret ꝓ regibus eius atq̄ sublimib⁹: addens ꝛ dicēs vt q̄etaȝ ꝛ trāquillā vitā agam⁹ cū omni pietate et caritate. Et ꝓpheta hieremias cū populo veteri dei venturā pnunciaret captiuitatē: ꝛ diuinitus īperaret vt obediēter ī babyloniā irent: deo suo ēt ista patiētia huiētes: mōuit ꝛ ipse vt oraret̄ ꝓ illa dicēs: q2 ī pace ei⁹ ē pax vr̄a. Utiq̄ interim tp̄alis pax q̄ bonis malisq̄ cōmunis est.

¶ De pace seruiētiū deo: cui⁹ pfecta trāq̄llitas ī hac tp̄ali vita nō pōt apprehendi. Cap. xxvii.

PAx aūt nostra ꝓpria ꝛ hic est cuȝ deo p fideȝ: ꝛ ī eternū erit cū illo p speciē. Sȝ hic siue illa communis: siue nostra propria talis est pax: vt solatiū miserie sit potius q̄ beatitudinis gaudiū. Ipsa quoq̄ nostra iustitia q̄uis vera sit: propter veri boni fineȝ ad quem refert̄: tn̄ tanta est in hac vita: vt potius peccatoꝝ remissione constet q̄ perfectione virtutuȝ. Testis est oratio totius ciuitatis dei q̄ peregrinatur in terris. Per oīa q̄ppe membra sua clamat ad deuȝ. Dimitte nobis debita nostra sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hec oratio: quoꝝ fides sine operibus mortua est. sȝ pro eis quoꝝ fides per dilectionē operatur. Quia enim deo quideȝ subdita: in hac tn̄ conditione mortali ꝛ corpore corruptibili quod aggrauat animā: non perfecte vitijs ratio imperat: ideo necessaria ē iustis talis oratio. Naȝ ꝓfecto quanq̄ imperet̄: nequaq̄ sine cōflictu vitijs imperatur. Et vtiq̄ aliquid subrepit ī hoc loco infirmitatis etiā bene confligēti: siue hostib⁹ talibus victis subditisq̄ dn̄anti: vnde si nō facili operatione certe labili locutione aut volatili cogitatiōe peccetur. Et ideo quandiu vitiis imperat̄ plena pax nō est: quia ꝛ illa que resistunt piculoso debellātur prelio: ꝛ illa que victa sunt nonduȝ securo triūphantur ocio: sed adhuc sollicito premūtur imperio. In his ergo tētationib⁹ de quibus omnibus in diuinis eloquijs breuiter est dictū: nūquid nō tentatio est vita humana sup terraȝ? q̄s ita viuere se p̄sumat vt dicere deo. dimitte nobis debita nostra n̄ necesse habeat: nisi homo elat⁹: nec vero magn⁹ sed inflatus ac tumidus: cui p iustitiā resistit q̄ gratiā largit̄ hoībus: propter quod scriptū est deus superbis resistit humilibus auteȝ dat gr̄aȝ. Hic itaq̄ in vnoquoq̄ fideli iustitia est: vt obediēti deus homini: anim⁹ corpori: ratio aūt vitijs etiam repugnātibus īperet: vl' subigendo vel resistēdo: atq̄ vt ab ipso deo petatur ꝛ meritoꝝ gratia ꝛ venia delictoꝝ: ac de acceptis bonis gr̄aꝝ actio psoluatur. In illa vo pace finali quo referēda ꝛ cui⁹ adipiscenda cā hn̄da est ista iustitia qm̄ sanata īmortalitate atq̄ incorruptione natura vitia non habebit: nec vnicuiq̄ nostruȝ vel ab alio vel a seipso quicq̄ repugnabit: n̄ opus erit vt ratio vitijs que nulla erunt imperet: sed īperabit deus homini: animus corpori: tantaq̄ obediēdi ibi erit suauitas ꝛ facilitas: quanta viuēdi regnandiq̄ felicitas ꝛ hoc illic in omnibus hominibus atq̄ in singulis eternum erit: eternumq̄ esse certum erit: et ideo pax huius beatitudinis: vel beatitudo pacis huius summum bonum erit.

¶ In quē finē vētur⁹ sit exit⁹ ipioꝝ. Ca. xxviii.

EOrum autem qui non pertinet ad istā ciuitatem dei: erit ꝛ ecōtrario miseria sempiterna: que etiam secunda mors dicitur: q2 nec anima ibi viuere dicenda est: q̄ a vita dei alienata erit: nec corp⁹ qđ eternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit: quia finiri morte nō poterit. Sed quoniaȝ sicut miseria beatitudini ꝛ mors vite: ita bellum paci videtur esse contrarium: merito queritur sicut pax in bonoruȝ finibus p̄dicata est atq̄ laudata: quod vel quale belluȝ in finibus maloꝝ econtrario possit ītelligi. Uerum qui hoc querit: attendat quid in bello noxium perniciosumq̄ sit: ꝛ videbit nihil aliud eē q̄ inter se rerum aduersitatē atq̄ cōflictum. Qđ igitur belluȝ grauius ꝛ amarius cogitari potest q̄ vbi voluntas sic aduersa est passiōi: ꝛ passio voluntati vt nullius earū victoria tales inimicitie finiant̄ ꝛ vbi sic ꝯfligit cū ipsa natura corporis vis doloris: vt neutꝝ alt̄i cedat? Hic eni

quãdo cõtingit iste conflictus: aut dolor vincit
⁊ sensum mors adimit: aut natura vincit ⁊ do-
lorem sanitas tollit. Ibi aũt ⁊ dolor ꝑmanet vt
affligat ⁊ natura perdurat vt sentiat. Qr vtrũ-
qꝫ ideo nõ deficit: ne pena deficiat: Ad hos aũt
fines bonoꝝ maloꝝ: illos expetẽdos istos cauẽ
dos: qm̃ ꝑ iudiciũ trãsibũt ad illos boni: ad istos
mali: de hoc iudicio quãtum deus donauerit in
consequẽti volumine disputabo.

¶ Aurelij augustini de ciuitate dei liber. xx.

¶ Quod quamuis omni tempore deus iudicet in hoc tamen libro de nouissimo eius iudicio sit proprie disputandum. Capitulum primum.

DE die vltimi iudicij
dei qđ ipe donauerit locuturi eũqꝫ
asserturi aduersus impios ⁊ icredu
los: tanqꝫ in edificij fũdamẽto priꝰ ponere testi
monia diuina debemꝰ. Quibꝰ q nolũt credere
humanis ratiũculis falsis atqꝫ fallacibꝰ ꝯtraue
nire conant̃ ad hoc vt aut aliud significare con
tendãt: qđ adhibet̃ testimoniũ de l͞ris sacris aut
oĩno diuinitꝰ esse dictũ negẽt. Nã nullũ existi-
mo eẽ mortaliũ q cum ea sicut dicta sunt itelle-
xerit. ⁊ a sũmo ac vero deo per aĩas sanctas di
cta esse crediderit: nõ eis cedat atqꝫ ꝯsentiat: si
ue id ore etiaꝫ fateatur: siue aliquo vitio fateri
erubescat aut metuat: vel etiã ꝑuicacia similli-
ma insanie id qđ falsuꝫ eẽ nouit aut credit: etiã
ꝯtẽtiosissime defendere moliat̃. Qđ ergo i cõ-
fessione ac ꝓfessione tenet oĩs ecclesia dei ve-
ri: xp̃m de celo eẽ vẽtuꝝ ad viuos ac mortuos
iudicãdos: hũc diuini iudicij vltimũ diẽ dicimꝰ
id est nouissimũ tẽpus. Nã ꝑ qđ dies hoc iudici
um tendat̃ incertũ ẽ: sꝫ more sanctaꝝ scriptura
rum diẽ poni solere ꝓ tẽpore: nemo q illas l͞ras
q̃libet negligẽter legerit nescit: Ideo aũt cum
diẽ iudicij dei dicimꝰ: addimus vltimuꝫ vel no-
uissimũ: qr ⁊ nunc iudicat: ⁊ ab humani generis
i nitio iudicauit: dimittẽs de paradiso ⁊ a ligno
vite separãs primos hoĩes magni peccati ꝑpe-
tratores. Immo ẽt qñ angelis peccãtibꝰ nõ pe-
percit: quoꝝ pricep̃s hoĩes a seipso subuersos
inuidẽdo subuertit ꝓculdubio iudicauit: nec si
ne illiꝰ alto iustoqꝫ iudicio ⁊ in hoc aereo celo ⁊
in terris ⁊ demonũ ⁊ hominũ miserrima vita ẽ:
erroribꝰ erũnisqꝫ plenissima. Uerum etsi nemo
peccasse: tñ sine bono rectoqꝫ đi iudicio vniuer
saꝫ creaturã rationalẽ ꝑseuerantissime sibi do-
mino suo coherẽtẽ in eterna beatitudine retine
ret. Judicat etiã nõ solũ vniuersaliter de gene-
re demonum atqꝫ hominum: vt miseri sint pro-
pter ꝑmoꝝ merituꝫ peccatoꝝ: sꝫ etiã de singu-
loꝝ operibꝰ ꝓprijs q̃ gerunt arbitrio volũtatis
Naꝫ ⁊ demones ne torq̃ant̃ ꝑcant̃: nec iniuste
vtiqꝫ vel parcit̃ eis: vel ꝓ sua qꝫ improbitate
torquẽtur. Et hoĩes plerũqꝫ aperte: plerunqꝫ
occulte luunt: ꝓ suis factis diuinitꝰ penas: siue
i hac vita siue post mortẽ: q̃uis nullus hominũ
agat recte nisi diuio adiuuet̃ auxilio: nullus de
monũ aut hoĩuꝫ agat inique nisi diuino eodẽqꝫ
iustissimo dei iudicio ꝑmittat̃. Sicut eiꝫ ait apo
stolus: nõ ẽ iniq̃tas apud deũ. Et sicut ipse dicit
alibi ĩscrutabilia sũt iudicia dei: ⁊ inuestigabiles
vie eiꝰ. Nõ igit̃ in hoc libro de illis ꝑmis nec de
istis medijs dei iudicijs: sꝫ de ipso nouissimo iu-
dicio q̃tum ipse tribuerit disputabo: qñ christꝰ
de celo venturꝰ est viuos iudicaturus ⁊ mortu
os. Iste q̃ppe dies iudicij proprie vocat̃: eo ꝙ
nullus ibi imperite erit q̃rele locꝰ: cur iniustus
ille sit felix: ⁊ cur iustus ille ifelix. Oĩum nanqꝫ
tũc ñ nisi bonoꝝ plena ⁊ ꝟa felicitas: ⁊ oĩum nõ
nisi maloꝝ digna ⁊ sũma infelicitas apparebit.

¶ De varietate reꝝ humanaꝝ cui ñ põt dici de esse iudiciũ đi q̃uis nequeant iuestigari. Ca. ij.

NUnc autẽ ⁊ mala equo aĩo ferre disci-
mus: que patiunt̃ ⁊ boni: ⁊ mala ñ ma-
gnipẽdere q̃ adipiscunt̃ ⁊ mali. Ac per
hoc etiaꝫ in his rebus in quibus nõ apparet di-
uina iustitia: salutaris est diuina doctrina. Ne-
scimus enim quo iudicio dei bonus ille sit pau-
per: malus ille sit diues. Iste gaudeat quẽ pro
suis perditis moribus cruciari debuisse merori
bus arbitramur: cõtristetur queꝫ vita laudabi-
lis gaudere debuisse persuadet: exeat de iudi-
cio nõ soluꝫ inultus verũetiã dãnatus inocens
aut iniquitate iudicis pressus: aut falsis obrutꝰ
testimonijs. Ecõtrario scelestus aduersariꝰ eiꝰ
non solum impunitus verumetiam vindicatus
insultet. Impius optime valeat: pius languore
tabescat. Latrocinentur sanissimi iuuenes: ⁊ q
nec verbo ledere quenquã potuerunt diuersa
morborum atrocitate affligantur: infantes vti
les rebus humanis immatura morte rapiãtur:
⁊ qui videntur nec nasci debuisse diutissime in-
sup viuũt: plenꝰ criminibꝰ sublimet̃ honoribꝰ: ⁊
hoĩeꝫ sine q̃rela tenebre ignobilitatis abscõdãt
⁊ cetera huiusmoĩ. Que qs colligit? Quis enu
merat? Que si haberent velut i ipsa absurdita
te cõstantiam: vt in hac vita in qua sicut sacer

psalmꝰ eloqtur. homo vanitati similis factus ē
⁊ dies eiꝰ sicut vmbra pretereunt non nisi mali
adipiscerentur trāsitoria bōa ista atqꝫ terrena
nec nisi boni talia paterent̄ mala: posset hoc re
ferri ad iudiciū dei iustū: siue ēt benignuz vt q
nō erāt assecuturi bona eterna q̄ beatos faciūt
his tēporalibꝰ vl' deciperētur pro malitia sua:
vl' pro dei misericordia cōsolarent̄ bonis ⁊ qui
nō erāt passuri eterna tormēta: tēporalibꝰ vel
pro suis quibuscūqꝫ vel quātuliscūqꝫ peccatis
affligerētur vl' propter iplēdas virtutes exer/
cerētur malis. Nūc vo quādo nō solū i malo
sūt boni ⁊ i bono mali: quod videt̄ iniustū: ve/
rūetiā plerūqꝫ ⁊ malis mala eueniunt: ⁊ bonis
bona proueniūt magis iscrutabilia sūt iudicia
dei: ⁊ inuestigabiles vie eius. Quāuis ergo ne
sciamꝰ quo iudicio deꝰ ista vel faciat vl' fieri si/
nat: apud quē sūma virtꝰ ē ⁊ sūma sapientia: sū
maqꝫ iustitia: nulla ifirmitas: nulla temeritas:
nulla iniqtas: salubriter tñ discimꝰ nō magnipē
dere seu bona seu mala q̄ videmꝰ bonis malis/
qꝫ cōmunia: ⁊ illa bona querere que bonorum
atqꝫ illa mala maxie fugere q̄ propria sūt ma/
lorū. Cū vero ad illud iudiciū dei venerimꝰ cu
ius tēpus iā proprie dicit̄ dies iudicij: ⁊ aliqñ
dies dñi nūcupat̄: nō solū quecūqꝫ tūc iudica/
būtur verūetiā quecūqꝫ ab initio iudicata: et
quecūqꝫ vsqꝫ ad illud tēpus adhuc iudicanda
sūt: apparebūt eē iustissima: vbi hoc quoqꝫ ma
nifestabit̄ qꝫ iusto dei iudicio fiat: vt nūc tā ml'
ta ac pene oia iusta dei iudicia lateāt sēsus mor
talesqꝫ mentes: cum tamen in hac re piorum fi
dem nō lateat esse iustum quod latet.

¶ Quid i libro ecclesiastes salomō de his q̄ in
hac vita bōis ⁊ malis sūt cōia disputauit. c. iij.

NEmpe salomō sapiētissimꝰ rex israel q
regnauit i hierusalem: librū qui voca
tur ecclesiastes ⁊ a iudeis quoqꝫ habe
tur i sacrar̄ canone litterarū sic exorsus ē. Va
nitas vanitatū dixit ecclesiastes: vanitas va/
nitatū ⁊ oia vanitas. Que homini abundātia
ex omni labor̄ suo quo laborat sub sole. Et cū
ex hac sententia cōnecteret cetera: commemo
rans erūnas erroresqꝫ huius vite: ⁊ euanescē
tes interea tēpor̄ lapsus: vbi nihil soliduz ni/
hil stabile retinet̄ in ea rerū vanitate sub sole:
illud etiaz deplorat quodāmodo: qꝛ cū sit abū
dātia sapiētie sup insipientiā: sicut ē lucis abū
dātia super tenebras sapientisqꝫ oculi sint in
capite ipsius: ⁊ stultus in tenebris ābulet: vnꝰ
tñ oibꝰ incurrat vtiqꝫ in hac vita que agit̄ sub
sole significās vz ea mala q̄ bōis ⁊ malis vide
mus eē cōmunia. Dicit ēt illud qꝛ ⁊ boni patian
tur mala tanqꝫ sint mali: ⁊ mali tanqꝫ boni sint
adipiscātur bona: ita loquēs. Est inquit vani/
tas que facta ē sup terraz: qꝛ sūt iusti sup quos
venit sicut factū ipior̄: ⁊ sūt ipij sup quos ve/
nit sicut iustorū factū. Dixi quoniā hoc quoqꝫ
ē vanitas: i hac vanitate cui quātū satis visuz
ē intimādū istū librū totū vir sapientissimꝰ dpu
tauit: nō vtiqꝫ ob aliud nisi vt eā vitā desidere
mus que vanitatē nō habet sub sole sed verita
tē sub illo q fecit hūc solē: i hac ergo vāitate: nū
qd nisi iusto rectoqꝫ dei iudicio similis eidē va
nitati factꝰ vanesceret hō. In diebꝰ tñ vanita/
tis sue interest plurimū: vtrū resistat an obtem
peret vanitati: ⁊ vtrū sit expers vere pietatis
an particeps. Nō ꝓpter vite huiꝰ vel bona ac/
quirēda vel mala vitāda vanescēdo trāseun/
tia: sed ꝓpter futurū iudiciū: per quod erūt bo
nis bona ⁊ malis mala sine fine māsura. Deni/
qꝫ iste sapiēs: hūc librū sic conclusit vt diceret.
Deū time ⁊ mādata eiꝰ custodi: hoc ē ois hō: qꝛ
omne hoc opus deꝰ adducet i iudiciū i omni de
specto: siue bonū siue malū. Quid breuiꝰ: veri
us: salubriꝰ dici potuit? Deū inquit time: ⁊ eius
mādata custodi: qꝛ hoc ē ois hō. Quicūqꝫ .n. ē:
ē custos vtiqꝫ mādator̄ dei: qm̄ q hoc nō ē nihil
ē. Nō .n. ad vitatis imaginē reformatur rema/
nēs i similitudine vanitatis. Quia oē hoc opꝰ
.i. qd ab hoīe fit i hac vita siue bonū siue maluz
deꝰ adducet i iudiciū i oi despecto .i. i oi ēt qui
contemptibilis hic videtur: ⁊ ideo nec videtur
quia deus et ipsuz videt nec eum despicit: nec
eū cum iudicat preterit

¶ Quod ad disserendum de nouissimo iudicio
dei noui primū testamēti: ac deide veteris testi
monia prolatus sit. Capitulum. iiij.

HUius itaqꝫ vltimi iudicij dī testimonia
de sanctis scripturis: q̄ ponere istitui
pus eligēda sūt de libris testamēti no
ui: postea de veteri: Quāuis .n. veta pora sint
tēpora: noua tñ anteponēda sūt dignitate: qm̄
illa veta preconia sūt nouor̄. Noua igit̄ ponē
da sūt pus: q̄ vt firmiꝰ ꝓbemꝰ assumēt ⁊ veta.
In veteribꝰ hñtur lex ⁊ ꝓphete: i nouis euāge
liū ⁊ aplice lre. Ait āt apostolus. Per legez .n.
cognitio peccati. Nunc āt sine lege iustitia dei
manifesta ē: testificata p legē ⁊ ꝓphetas: Iusti
tiā āt dei p fidē iesu christi i oēs q credūt. Hec

iustitia dei ad nouū ptinet testamētū: ⁊ testimonium a veterib⁹ libris hƷ: hoc ē a lege ⁊ prophetis. Prius igitur ipsa cā ponēda ē: ⁊ postea testes ītroducēdi. Hūc ⁊ ipse iesus christ⁹ ordinē seruādū esse demōstrans: scriba inquit erudit⁹ in regno dei: similis ē patrifamilias proferēti de suo thesauro noua ⁊ vetera. nō dixit vetera ⁊ noua: qđ vtiqꝫ dixisset nisi maluisset meritoꝝ ordinē seruare q̄ȝ temporū.

¶ Quib⁹ sententijs dn̄i saluatoris diuinū iudiciū futurū ī fine seculi declaret. Ca. v.

Ergo ipse saluator cū obiurgaret ciuitates ī quib⁹ magnas ꝟtutes fecerat neqꝫ crediderāt: ⁊ eis alienigenas anteponeret: verūtn̄ inquit dico vobis: tyro ⁊ sydoni remissius erit ī die iudicij q̄ȝ vobis. Et paulopost alteri ciuitati. Amen inquit dico vobis qꝛ terre sodomorū remissius erit ī die iudicij q̄ȝ tibi: Hic euidētissime p̄dicat diē iudicij eē venturū. Et alio loco. Uiri inquit niniuite surgent ī iudicio cū ista generatiōe: ⁊ cōdēnabūt eā: qꝛ penitētiā egerūt ī p̄dicatiōe ione. Et ecce plus q̄ȝ ionas hic. Regina austri surget ī iudicio cuȝ generatiōne ista: ⁊ cōdēnabit eā: qꝛ venit a finibus terre audire sapientiam salomonis: ⁊ ecce plus q̄ȝ salomō hic. Duas hoc loco res discim⁹ ⁊ eē iudiciū: ⁊ cū mortuoꝝ resurrectione venturum. De niniuitis. n. ⁊ regina austri qn̄ hec dicebat: de mortuis sine dubio loquebaꝛ: quos tn̄ ī die iudicij resurrecturos esse p̄dixit. Nec ideo dixit cōdēnabūt: qꝛ ipsi iudicabūt: sƷ qꝛ ex ipsorū cōparatione isti merito dānabūꝛ. Rursus alio loco cū de malorū hominuȝ ⁊ bonoꝝ nunc pmixtiōe postea separatiōe: q̄ vtiqꝫ die iudicij futura ē loqueretꝛ: adhibuit similitudinē de tritico seminato ⁊ supseminatis zizanijs eāqꝫ suis exponēs discipulis. Qui seminat inquit bonuȝ semen ē filius hoīs: ager aūt ē hic mundus: bonū semen aūt hi sunt filij regni: zizania aūt filij sunt neqꝫ. Inimic⁹ aūt q seminauit ea: ē diabolus. Messis vero cōsumatio seculi ē: messores aūt angeli sūt. Sicut ergo colligūtur zizania ⁊ igni cōburūꝛ: sic erit ī cōsumatiōe seculi. Mittet fili⁹ hoīs angelos suos: ⁊ colliget de regno eius oīa scādala: ⁊ eos qui faciūt iniquitatē et mittēt eos ī caminū ignis. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Tūc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ. Qui hƷ aures audiēdi audiat. Hic q̄dē iudiciū vl̄ diē iudicij nō nominauit: sƷ multo eū clarius ipsis reb⁹ expressit: ⁊ ī fine seculi futurū eē p̄dixit. Itē discipulis suis. Amē inquit dico vobis q̄ vos q secuti estis me: in regeneratiōe cū sederit fili⁹ hoīs ī sede maiestatis sue sedebitis: ⁊ vos sup sedes duodeciȝ iudicātes duodecim tribus israel. Hinc discim⁹ cū suis discipulis iesū iudicaturū. Unde ⁊ alibi iudeis dixit. Si ego ī belzebub eijcio demonia: filij vestri ī quo eijciūt? Iō ipsi iudices vestri erunt. Nec q̄m sup duodecim sedes sessuros esse ait duodecim solos hoīes cū illo iudicaturos d̄bemus putare. Duodenario quippe numero vniuersa quedā significata ē multitudo iudicantium, ꝓpter duas ptes numeri septenarij: q̄ plerūqꝫ significaꝛ vniuersitas: que due ptes. i. tria ⁊ quattuor altera p alterā multiplicate duodecim sūt vl̄ faciūt. Nā quatuor ter ⁊ tria quater duodecim sūt: ⁊ si qua alia hui⁹ duodenarij numeri q̄ ad hoc valeat rō reperiꝛ. Alioquin q̄m in loco traditoris iude aplm̄ matthiā legim⁹ ordinatū: apostolus paulus q plus illis oīb⁹ laborauit: vbi ad iudicādū sedeat nō hēbit: qui profecto cū alijs sanctis ad numeꝝ iudicū se pertinere demōstrat cū dixit. Nescitis qꝛ āgelos iudicabim⁹? De ipsis quoqꝫ iudicādis ī hoc numero duodenario similis cā ē. Nō. n. qꝛ dictum ē iudicātes duodeciȝ trib⁹ israel: trib⁹ leui q̄ terciadecima ab eis ē iudicāda nō erit. Aut solū illū pplm̄ nō ēt gētes ceteras iudicabūt. Qđ āt ait in regeneratione: ꝓculdubio mortuorū resurrectionē nomine regenerationis voluit ītelligi. Sic. n. caro nostra regn̄abiꝛ per incorruptionem: quēadmodū anima nostra regenerata ē per fidē. Multa preterea que de vltimo iudicio ita dici videntur: vt diligenter cōsiderata reperiantur ambigua: vel magis ad aliud pertinentia: siue. s. ad eū saluatoris aduētū: quo p totū hoc tēpus in ecclesia sua venit: hoc ē ī mēbris suis particulariter aut paulatim: q̄m tota corpus ei⁹ ē: siue ad excidiū terrene hierusaleȝ qꝛ ⁊ de illo cū loquiꝛ plerūqꝫ sic loquitur: tanq̄ȝ de fine seculi atqꝫ đ illo die iudicij nouissimo ⁊ magno loquatur: ita vt dignosci nō possit oīno nisi ea que apud tres euangelistas: mattheum marcum: ⁊ lucam: de hac re similiter dicta sunt inter se omnia cōferantur. Quedā quippe alꝛ obscuri⁹: alꝛ explicat plani⁹: vt ea q̄ ad vnā rē pertinentia dicūtur appareat vnde dicantur. Qđ facere vtcūqꝫ curauit in quadam epistola quā rescripsit ad beate memorie virum esychium salonitane vrbis episcopum cuius epistole

titulus ē de fine seculi. Proinde iā illud hic dicā quod in euāgelio ſm matheū de separatiōe bonoꝝ ⁊ maloꝝ legit̃ ꝑ iudiciū ꝑntiſſimū atq3 nouiſſimū chriſti. Cū aūt venerit inquit: filius hoīs in maieſtate ſua: ⁊ oēs angeli cū eo: tūc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſue. Et cōgregabunt̃ ante eum oēs gentes: ⁊ ſeparabit eos ab inuicē ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis. Et ſtatuet qdē3 oues a dextris ſuis: hedos aūt a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Uenite benedicti pr̄is mei: poſſidete paratū vobis regnū a cōſtitutiōe mūdi. Eſuriui enim ⁊ dediſtis mihi māducare: ſitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Hoſpes eram ⁊ collegiſtis me. Nudus: ⁊ cooperuiſtis me. Infirm⁹: ⁊ viſitaſtis me. In carcere erā: ⁊ veniſtis ad me. Tūc rn̄debunt ei iuſti dicentes. Dn̄e qn̄ vidimus te eſuriētem ⁊ pauim⁹? Sitiētē et dedim⁹ tibi potū? Qn̄ aūt te vidim⁹ hoſpitē: et collegim⁹ te? Aut nudū: ⁊ cooperuim⁹ te? Quādo aūt te infirmū vidim⁹ aut in carcere et venim⁹ ad te? Et rn̄dens rex dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu feciſtis vni de his frib⁹ meis minimis: mihi feciſtis. Tūc dicet ⁊ his q a ſiniſtris ei⁹ erūt. Diſcedite a me maledicti in ignē eternu3: q paratus ē diabolo ⁊ angelis ei⁹. Deinde ſilr̄ et his enumerat: q illa nō fecerint q̄ dexteros feciſſe memorauit. Silr̄q3 interrogātib⁹ qn̄ eū viderint in eoꝝ indigētia cōſtitutū: qđ minimis ſuis nō ē factū: ſibi factū nō fuiſſe rn̄det. Sermonē q3 cōcludēs: ⁊ hi inquit ibūt in ſuppliciū eternū: iſti aūt in vitā eternā. Joānes vero euāgeliſta aptiſſime narrat eū in reſurrectōe mortuorū futuꝝ ꝑdixiſſe iudiciū. Cū eni3 dixiſſet neq3 eni pater iudicat quēq3: ſ3 oē iudiciū dedit filio vt oēs honorificēt filiū ſicut honorificāt patrē: q nō honorificat filiū: n̄ honorificat pr̄e3 q miſit illū: ꝓtin⁹ addidit. Am̄ amē dico vob: q3 q v̄bū meū audit ⁊ credit ei q miſit me: h3 vitā eťnā: ⁊ i iudiciū nō vēiet: ſ3 a mōte trāſit i vitā. Ecce hic dixit ſuos ēt fideles in iudiciū nō vēire: quō ḡ ꝑ iudiciū ſeparabūtur a malis: ⁊ ad eius dexterā ſtabunt: niſi quia hoc loco iudiciū ꝓ damnatione poſuit. In tale iudicium non venient qui audiunt verbum eius: ⁊ credunt ei qui illu3 miſit.

¶ Que ſit prima reſurrectio: que ſcđa. Ca. vj.

D Einde adiungit ⁊ dicit. Amē amen dico vobis: quia venit hora ⁊ nūc ē: quādo mortui audiēt voce3 filij dei: ⁊ q audierint viuēt. Sicut enim pater habet vita3 in emetipſo: ſic dedit ⁊ filio habere vitā in ſemet ipſo. Nondū de reſurrectiōe ſecūda. i. corporū loquitur: que in fine futura ē: ſed de p̄ma q̄ nūc eſt. Hāc quippe vt diſtingueret ait. Uenit hora ⁊ nūc eſt. Non aūt iſta corpoꝝ ſed animaꝝ eſt. Habent eni ⁊ anime mortem ſua3 in impietate atq3 peccatis: ſecūdum quā mortem ſunt mortui: de quib⁹ idem dn̄s ait. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos: vt. ſ. in aīa mortui in corpore mortuos ſepelirēt. Propter iſtos ergo ipietate ⁊ iniquitate in aīa mortuos: venit inquit hora ⁊ nūc eſt: quando mortui audient vocē filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. Qui audierint dixit: qui obedierint qui crediderit: ⁊ vſq3 in fine3 ꝑſeuerauerit. Nec fecit hic vllam differentiā bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Omnibus eni bonū eſt audire voce3 iſtius ⁊ viuere ad vitā pietatis ex ipietatis morte tranſeūdo. De qua morte ait apoſtolus paulus. Ergo oēs mortui ſunt: ⁊ pro oibus mortu⁹ eſt vnus: vt qui viuūt nō iam ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit. Oēs itaq3 mortui ſūt in pctīs nemie prorſus excepto ſiue originalibus ſiue etiā volūtate additis: vl̄ ignorando vel ſciēdo nec faciēdo quod iuſtū et pro oibus viuis mortuis viuus mortu⁹ eſt vnus idē eſt nullū habens omnino peccatū: vt qui per remiſſionē peccatoꝝ viuūt: iam nō ſibi viuāt ſed ei qui pro oibus mortu⁹ eſt ꝓpter peccata nr̄a: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationē nr̄a3: vt credētes in eum qui iuſtificat impiū: ex pietate iuſtificati tanq3 ex morte viuificati: ad primā reſurrectionē que nūc ē ꝑtinere poſſumus. Ad hāc ei3 primā nō pertinēt niſi qui beati erūt in eternu3 ad ſecūdam vero de qua mox locutur⁹ ē: ⁊ beatos docebit ꝑtinere ⁊ miſeros. Iſta eſt mīe illa iudicij: ꝓpter quod in pſalmo ſcriptū ē. Mīa3 ⁊ iudiciu3 cantabo tibi domine. De quo iudicio conſequenter adiunxit atq3 ait. Et poteſtatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis eſt Hic oſtendit q in ea carne veniet iudicaturus: in qua venerat iudicādus. Ad hoc enim ait qm̄ filius hominis eſt. Ac deinde ſubiungens vnde agimus. Nolite inquit mirari hoc quod dixi quia veniet hora in qua omnes qui in monumētis ſunt audient vocem filij dei: ⁊ procedēt qui bona fecerūt in reſurrectionem vite: qui vero mala egerūt in reſurrectionē iudicij. Hoc eſt illud iudiciū quod pauloante ſicut nūc pro damnatione poſuerat dicens. Qui verbum meum audit et credit ei qui miſit me: habet vita3 eternam: et in iudicium non veniet: ſed tranſibit a

morte in vitam:id ē pertinēdo ad primā resur-
rectionē qua nūc trāsitur a morte aiarū ad vi-
tam virtutū:in dānationē nō veniet quā signifi
cauit appellatiōe iudicij. Sicut etiā in hoc loco
vbi ait. Qui vero mala egerūt in resurrectōez
iudicij.i.dānatiōis. Resurgat ergo in p̄ma qui
nō vult in secūda resurrectiōe dānari. Ueit er-
go hora ⁊ nūc ē:qn̄ mortui audiēt vocē filij dei:
⁊ q audierint viuēt idest in dānationez nō vēiēt
que secūda mors dicit̄:in quā secundā mortez
post ꝯ̄am que corpoꝝ futura est resurrectionez
precipitabunt̄:qui in p̄ma que aiarum ē nō re-
surgūt. Ueniet eni hora:vbi nō ait ⁊ nūc ē:qꝛ in
fine seculi erit:hoc ē in vltimo ⁊ maximo dei iu-
dicio:quādo omnes q in monumētis sūt audiēt
vocē eius ⁊ procedēt. Non dixit quēadmoduz
in p̄ma:⁊ qui audierit viuēt.non eni oēs viuēt:
ea vita que.s.qm̄ beata est sola vita dicēda est.
Nā vtiq̄ nō sine qualicūq̄ vita possēt audire:
⁊ de monumētis resurgēte carne ꝓcedē. Qua
re aūt nō oēs viuēt:in eo quod seqt̄ docet. Qui
bona inqt fecerūt:in resurrectionē vite:qui vo
mala egerūt in resurrectionē iudicij. Hi sūt qui
nō viuēt:qꝛ secūda morte morient̄. Mala qp-
pe egerūt:qm̄ male vixerūt:male aūt vixerūt:
qꝛ in p̄ma que nūc est aiaꝝ resurrectiōe non re-
uixerūt:aut in eo ꝙ reuixerāt:nō vsq̄ in finem
manserūt. Sicut ergo due sūt regeneratiōes
de quibꝰ iam supra locutꝰ suz:vna que ꝯ̄m fidē
est que nūc fit p baptismū:altera ꝯ̄m carnem q̄
fiet in eiꝰ icorruptōe atq̄ imortalitate p iudiciū
magnū atq̄ nouissimū:ita sunt ⁊ resurrectōes
due:vna p̄ma que nūc ē:⁊ est aiaꝝ:q̄ venire in
mortē secūdam nō pmittit:alia secūda que nūc
nō ē:sz i fine seculi futura ē:nec aiarū sz corpo-
rū ē:que p vltimū iudiciū alios mittit i ꝯ̄az mor
tem:alios in eam vitam que non habet mortez.

¶ De duabus resurrectionibus ⁊ de mille ānis
quid in apocalypsi ioannis scriptum sit: ⁊ quid
de eis rationabiliter sentiatur. Capitulū. vij.

DE his duabus resurrectionibus idem
ioānes euangelista in eo libro qui dici-
tur apocalypsis eo modo locutꝰ est:vt
prima earuz a quibusdā nostris non intellecta:
etiam in quasdā ridiculas fabulas verteretur.
Ait quippe in libro memorato ioannes aposto
lus. Et vidi angelum descedentem de celo:ha
bentem clauem abyssi:⁊ cathenaz in manu sua
et tenuit draconem illum serpentez antiquuz
qui cognominatus est diabolus ⁊ sathanas:et
alligauit illū mille ānis:⁊ misit illū in abyssū:et
clausit ⁊ signauit super eum: vt iam nō seduce-
ret gētes donec finiantur mille anni. Post hec
oportet eū solui breui tempore. Et vidi sedes:⁊
sedentes super eas:⁊ iudiciuz datum est illis:et
animas occisoꝝ ꝓpter testimoniū iesu:⁊ ꝓpter
verbum dei: Et si qui nō adorauerunt bestiam
nec imaginem eius:neq̄ acceperunt inscriptio
nē in frōte aut in manu sua:⁊ regnauerūt cum
iesu mille ānis. Reliqui eoꝝ nō vixerūt:donec
mille anni finiātur. Hec resurrectio prima est.
Beatus ⁊ scūs ē qui habet i hac prima resurre
ctione partem. In istis secūda mors nō hēt ptā
